castrum de Elzeria, castrum de Leraz, de Sobers, d'Albayga, de Parlagas, de Foderia, et Salasc cum suo territorio, Navas cum suo territorio, villam de La Valleta, villam de Payguerolis cum valle ab integro, Lauros cum valle ab integro, villam S. Mauricii, villam de Rippa; et in episcopatu Biterrensi castrum de Nizate cum territorio suo, et villarem Bardincum cum omni integritate; in episcopatu Agatensi Caux cum territorio suo; in episcopatu vero Lodovensi argenti fodinas sive argentarias, ubicumque aperiantur, et in Lodova, Payguerolis, Salasc plenarium districtum. — Anno m° c° lvij° regni xxj°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° xxi, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 147 I).

XX

Analyse de donation des droits régaliens par Louis VII à Pierre de Posquières, évêque de Lodève

1160

Ludovicus Francorum rex donavit domino Petro, Lodovensi episcopo, regalia totius episcopatus Lodovensis et minerias. — m° c° lx° regni xxiiij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° xxi, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 148 A. — Cf. Répertoire de Briçonnet, f° vi C).

XXI

Analyse d'accord entre l'évêque Gaucelin de Montpeyroux et Richard et Hugues, comte de Rodez, au sujet de la Salle l'Évêque et des fossés de la ville

1162

Richardus et Hugo, comes Ruthenensis, conquerebantur quod tempore electionis episcopi Lodovensis, scilicet a tempore mortis episcopi usque ad novum electum, non habuerant Salam Episcopi, et non debebant fieri fossata sine consensu Episcopi, super quibus fuit concordatum quod a cetero haberet Salam et alia loca, et teneretur fideliter illam custodire ; quantum ad alia fecerunt finem et guirpicionem et diffinitionem et episcopus dedit mile solidos. — m° ı° lxij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° LXV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 154 v° G).

XXII

Diplôme du roi Louis VII le Jeune en faveur de l'Église et de l'évêque de Lodève Gaucelin de Montpeyroux, accordant à ce dernier les droits régaliens dans la ville et le diocèse.

1162

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. — Ego Ludovicus, Dei gracia Francorum [rex], dilecto nostro Gaucelino, reverendo Lodovensi episcopo, et cunctis ejusdem successoribus in perpetuum. Victoriosi reges Francorum predecessores nostri Dei magnificenciam per omnia dilexisse, et Christum Deum ante mentis occulos habuisse manifeste cognoscuntur, cujus Ecclesiam totis viribus exaltaverunt, et ad substentacionem servientium in domo Altissimi (1), precisa omni cupiditate, magnas possessiones elargiti sunt, et ea que juris erant regii ecclesiis impendere non timuerunt. Nos autem, etsi tanta non possimus elargiri, in hoc fiduciam habemus cujusdam digni meriti, quia nobis placuit majorum nostrorum donacione ecclesias Dei ditatas esse, et quod in pace sua teneant volumus elaborare, et ex hiis que suppetunt aliquid aliquando conferre. Unde notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod ecclesie beati martyris Genesii et episcopis, quicumque ibi sederint, et tibi presencialiter Gaucelino, Lodovensi episcopo, concedimus ac nostri privilegii auctoritate communimus in civitate seu villa que dicitur Lodova ecclesiam que est constructa in honore beati Genesii martyris, et ipsam eamdem villam cum omnibus ad prefatam ecclesiam pertinentibus, et vicariam ejusdem ville, si qua est, et licenciam faciendi in eadem villa et in omnibus Ecclesie Lodovensis alodiis turres, munitiones, muros, portarum tuiciones, vallos; castrum de Montebruno, castrum de Leras, villam de Ripa, villam de Pegarrolas, villam de Balmis cum podio, villam de Lauros, castrum de Sobers, castrum de Foderia (2), castrum de Parlagas, forciam de Planis, forciam de Ulmeto, podium de Cornilio, podium de Gibreto, forciam de Avizate (3), forciam Sancti Johannis de Gurgite Nigro, villam Sancti Johannis de Pleus, castrum de Elzeria, castrum de Villa-

(1) H. L. Altissima.
(2) H. L. Soderia. Auj. Fozières.
(3) H. L. Anizate. Auj. tènement, commune de Saint-Félix-de-Lodez.

cum (1), et de Bosco et Valetam, castrum de Albaigua, castrum de Nizate, castrum de Caux cum territoriis suis, villam de Navas, villarem Bardincum. Inhibemus eciam ne dux vel comes seu alia potestas super jam dictam Ecclesiam aut res ejus injustam exaccionem exerceat, aut domos vel bona decedentis Episcopi occupet vel invadat. Adhuc eciam hujus nostre sanctionis pagina concedimus tibi prefato episcopo regalia tocius episcopatus Lodovensis, scilicet stratas, novas forcias, et precipue illas que fiunt in ecclesiis vel cimiteriis, earumque domibus vel pertinenciis, et jus prohibendi facere novas forcias in toto episcopatu Lodovensi, facultatem quoque exigendi fidelitates Regi debitas, ac potestatem judiciariam omnium causarum tam civilium quam criminalium seu capitalium, earumdemque per ministros execucionem sub pleno fidejussionis districtu sine contradictione curie secularis, et insuper minerias tocius episcopatus Lodovensis, quecumque jam aperte vel postmodum aperiende sunt, que regii muneris esse dignoscuntur. Quod eciam testimonio scripture nostre et sigilli nostri robore communiri precipimus, subtus inscripto nominis nostri caractere. — Actum publice Stampis, anno incarnati Verbi millesimo c°LX°II°, regni vero nostri XXVI°, astantibus in palacio nostro quorum subtitulata nomina sunt et signa. S. comitis Blesencium Teobaldi, dapiferi nostri. S. Guidonis, buticularii. S. Mathei, camerarii. Constabulario nullo. Data per manum Hugonis, cancellarii et episcopi Suessionis.

(*Histoire de Languedoc*, t. V, preuve DXXII).

XXIII

Analyse de lettres de Louis VII notifiant aux clercs et aux laïques du diocèse de Lodève le privilège précédent

1162

Item littere Ludovici Francorum regis ad clericos et laicos per episcopatum Lodovensem existentes, facientes mentionem de donatione domaniorum et privilegiorum per ipsum facta domino Gaucelino, Lodovensi episcopo, his (2) mandans ac regia auctoritate precipiens ut dicto episcopo suisque successoribus sint fideles

(1) H. L. Villatum. Auj. Villecun.
(2) Ms : huic.

et obedientes in his que ad Regem pertinent, et eidem Episcopo fidelitates Regi debitas impendant, ac novas munitiones contra interdictum ipsius Episcopi non edificent, et de his que ab ipso Rege illi concessa sunt nichil penitus auferant.

(Répertoire de Briçonnet, fo II A).

XXIV

Analyse de bulle d'Alexandre III confirmant à l'évêque de Lodève Gaucelin de Montpeyroux les biens de son Église

1162

Alexander papa donavit domino Gaucelino, Lodovensi episcopo, quidquid concessione pontificum aut largitione regum vel alias de presenti vel in futurum possideret illibata permanerent, et explicuit : abbatiam S. Salvatoris cum ipsa civitate Lodove, cum ecclesia S. Petri, ecclesiam S. Andree cum capellis suis, et cum castro de Monte Bruno, ecclesiam de Cornilio cum monte in quo sita est, de Pegayrolis cum villa et valle, ecclesiam de Lauroso cum villa et valle, ecclesiam de Rippa cum villa et parrochia, ecclesiam cum villa de Salasco, ecclesiam de Sellis cum villa, de Navas cum villa, S. Fructuosi cum villa, de Salsis, S. Cypriani de Sobers, de Somonte cum capella, de Planis cum villa et cum capellis, S. Agricole cum capella, de Ruviniacho cum capellis, de Othone, de Moreze, de Claromonte, de Rogas cum capellis, de Fontecassio, de Gorja, de Marifonte cum capella, de Aurelas, de Abriniaco, de Caneto, de Orsayrolis, de Avoirate cum capella de Bosco, S. Saturnii cum capellis suis, de Avizate cum capella, de Seyrate, S. Andree, de Masoniis, de Clones, S. Genesii cum capella de Gurgite Nigro, S. Stephani de Gorgas, S. Laurentii de Valleta cum vi la, S. Eulalie, S. Mauricii cum villa, villam de Balmis cum monte, castrum de Leracio, de Sobers, de Foderia, de Albayga, de Elzeria, podium de Gibret ; in Bitterrensi comitatu castrum de Nizate ; archidiaconatum S. Petri ; theloneum ex Lodovensi comitatu, quemadmodum largitione Karoli Magni et predecessoris sui Eugenii pape concessione Lutavensis Ecclesia hactenus possiderat. — Datum Turonis m° c° lxij°, pontificatus Alexandri tertii anno iiij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, fos III et IV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, fo 143 vo G).

XXV

Analyse de reconnaissance relative au château de Montbrun par Richard, fils de Hugues Ier de Rodez, à l'évêque Gaucelin de Montpeyroux

1167

Gaucelinus Lodove confessus est quod Richardus Ruthenensis habebat sex menses in turri de Montebruno, et dictus Richardus confessus est quod dominus episcopus habebat alios sex. — m° c° lxvij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° LXV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 154 v° H).

XXVI

Analyse d'emprunt de 6000 sols melgoriens, contracté par Hugues II, comte de Rodez, envers Gaucelin de Montpeyroux, évêque de Lodève, les chanoines et les habitants

14 MARS 1174

Hugo, Ruthenarum comes, accepit mutuo sex millia solidorum a domino Gaucelino, episcopo Lodovensi, et a canonicis et civibus Lodove simul, hac contradictione adjecta quod ipse Ugo nullo modo molestaret predictos, sive armis, sive in foro contentioso, super his que juste vel injuste ab ipsis querebat, nisi post XL dies post restitutionem predictorum VI^{m} solidorum, pro qua promissione assecuranda dedit ipse Ugo fidejussorem Guillelmum de Lunatio, mandans militibus quod dictum Gaucelinum tuerentur et sibi ipsi adversarentur, si promissioni contraveniret.— Factum Lodove ante minellum Sancti Genesii anno m° c° lxxiij° ij° idus marcii.

(Répertoire de Briçonnet, f° V v° F).

XXVII

Analyses de vente de droits féodaux faite par Hugues II, comte de Rodez, à l'évêque Raymond Guillem

MARS 1188

Hugo, comes Ruthenarum, et ejus filius vendiderunt domino Raymundo, Lodovensi episcopo, quod habebant in turre de Monte-

bruno, cujus partem a Rorariis et reliquam ab Episcopo Lodovensi, et totum tenebant a predicto domino Raymundo et aliis episcopis. Item procurationem sive albergam quam in Sala habebant, et quidquid antecessoribus eorum fuerat concessum pro defensione Ecclesie Lodovensis. Item societatem quam in claustro habebant. Item quod habebant in castro de Elzeria, et generaliter quidquid habebant in Lodovensi dyocesi, et hoc precio sexaginta milia solidorum melgoriensium, promittendo quod numquam aliquid acquirerent in Lodovensi dyocesi, nec dono nec emptione, sine consensu Episcopi. — m° c° lxxxviij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLIII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 154 D).

Ugo, comes Ruthenarum, et filius ejus, de consensu et voluntate procerum, vendiderunt bona fide absque omni retentione domino Raimundo, episcopo Lodovensi, quidquid in turre de Montebruno haberent ipsi et predecessores sui, illud etiam quod in castro de Lezara et omnibus aliis locis in diocesi existentibus, et omnia alia quecumque juste vel injuste petebant et obtinebant, tam in minariis et stratis, in justiciis seu aliis quibuscumque rebus, pro summa sexaginta millia solidorum melgoriensium. .. insuper promittens per se aut per successores suos in episcopatu Lodovensi nichil penitus aliquo titulo acquirere sine consilio dicti domini Remundi aut suorum successorum. — Factum anno m° c° lxxxviiij° mensis marcii, regnante Philippo Francorum rege.

(Répertoire de Briçonnet, f° III D).

XXVIII

Analyses de déclaration faite par Hugues II, comte de Rodez, à l'évêque Raymond Guillem au sujet de la vente précédente

APRÈS MARS 1188

Ugo, comes Ruthenensis, recognovit se vendidisse domino Remundo, episcopo Lodovensi, quecumque habebat infra episcopatum Lodovensem pro precio XL milia solidorum, cum in littera venditionis colorate et ficte LX milia posita fuissent. — Actum anno m° r° lxxxviij°.

(Répertoire de Briçonnet, f° VI v° D).

In veritate tamen non precii non erat, nisi XL milia, sed causa populi dicebantur LX milia.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLIII cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 154 D).

XXIX

Diplôme de Philippe-Auguste en faveur de l'Église et de l'Évêque de Lodève

17 AVRIL AU 31 OCTOBRE 1188

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. — Philippus, Dei gratia Francorum rex, dilecto suo Raimundo, reverendo Lodovensi episcopo, et cunctis ejusdem successoribus in perpetuum. Victores reges Francorum predecessores nostri Dei magnificentiam dilexisse et Christum Domini ante mentis occulos habuisse, et ad sustentationem servientium in domo Altissimi, precisa omni cupiditate, magnas possessiones elargiti sunt, et ea que juris erant regii ecclesiis impendere non timuerunt. Nos autem, etsi tanta non possumus elargiri, in hoc tamen fiduciam magnam habemus, quia nobis placet quod ab eis est ecclesiis impertitum, et quod in pace sua teneant elaboramus, et ex hiis que suppetunt aliquando aliquid conferimus libenter. Unde notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod ecclesie beati martiris Genesii et episcopis, quicumque ibi sederint, et tibi specialiter Raimundo, Lodovensi episcopo, concedimus ac nostri privilegii auctoritate comunimus in civitate seu villa que dicitur Lodova ecclesiam in honore beati Genesii, martiris, constructam, et ipsam eandem villam cum omnibus ad prefatam ecclesiam pertinentibus et vicariam ejusdem ville, si qua est, et licentiam faciendi in eadem villa et omnibus Ecclesie Lodovensis alodiis turres, munitiones, muros, portarum munitiones, vallos; et castrum de Montebruno, castrum de Leraz, villam de Rippa, castrum de Pegairolis, villam de Balmis cum podio, villam de Lauros, castrum de Sobers, castrum de Foderia, castrum de Parlatges, forciam de Planis, forciam de Ulmeto, podium de Cornilio, podium de Gibreto, forciam de Avizate, forciam Sancti Johannis de Gurgite Nigro, villam sancti Johannis de Plieus, castrum de Elzeria, castrum de Vilacun, et de Bosco, et Valletam, castrum de Albaygua, castrum de Nizate,

castrum Cauzs cum territoriis suis, villam de Navas, villare Bardincum. Inhibemus etiam ne dux vel comes seu quelibet alia potestas super jam dictam Ecclesiam aut res ejus injustam exerceat exactionem, aut bona vel domos decedentis episcopi occupet vel invadat. Adhuc etiam hujus nostre sanctionis pagine concedimus tibi prefato Ramundo episcopo et successoribus tuis in perpetuum regalia totius episcopatus Lodovensis, facultatem quoque exigendi fidelitates Regi debitas, ac potestatem judiciariam omnium causarum tam civilium quam criminalium seu capitalium, earumdemque per ministros exsecutionem sub pleno fidejussionis districtu sine contradictione curie secularis, et insuper omnes minerias totius episcopatus Lodovensis, quecumque jam aperte vel postmodum aperiende sunt, que regii juris esse noscuntur. Que omnia, ut perpetuo rata maneant et inconcussa, presens privilegium auctoritate nostra ac regii nominis caractere inferius annotato precipimus confirmari. — Actum apud Podium, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo LXXX° octavo, regni nostri anno nono, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. S. comitis Theobaldi, dapiferi nostri. S. Guidonis, buticularii. S. Mathei, camerarii. S. Radulphi, constabularii. Data vacante cancellaria.— Preterea eidem domino confirmamus castrum de Caslari, villam Sancti Michaelis.

(*Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. XXVII, année 1876, p. 382).

XXX

Analyse de constitution de l'office de contrôleur de la monnaie de Lodève par Raymond Guillem, évêque de cette ville

AOUT 1189

Constitutio et institutio officii examinatoris et probatoris monete Lodovensis per tres annos facta per dominum Remundum, Lodovensem episcopum, in personam Stephani Pictavi, et de juramento ipsius probatoris, et de probanda moneta quotiens magister monete jusserit. — Datum Lodeve anno m° c° lxxxix° mensis augusti.

(Répertoire de Briçonnet, f° IV v° F).

XXXI

Analyse de donation de ses droits féodaux par Raymond V, comte de Toulouse, à Raymond Guillem, évêque de Lodève

28 MAI 1192

Remundus, dux Narbone, comes Tholose, marchio Provincie, dedit domino Remundo, Lodovensi episcopo, illud totum ex integro quod in civitate Lodova et episcopatu Lodovensi ab Ugone, Ruthenensi comite, dictus Remundus emerat. Preterea illud totum dedit quod isdem comes Ruthenensis in civitate Lodova et in castro et in toto Lodovensi episcopatu dederat vel cognoverat, vel in feudum habuerat ab ipso duce Narbonensi. Et insuper donavit dicto episcopo quidquid dominus Narbone in toto episcopatu Lodovensi ab ipso duce habebat.—Datum anno m° c° xcij° v kal. jun.

(Répertoire de Briçonnet, f° VI B).

XXXII

Analyse de donation de ses droits féodaux par Pierre de Lara, vicomte de Narbonne, à Raymond Guillem, évêque de Lodève

SEPTEMBRE 1192

Petrus, Dei gratia comes et Narbonensis vice comes, donavit domino Remundo, consanguineo suo, episcopo Lodovensi, et episcopis succedentibus, si quid juris haberet vel habere posset, vel umquam visus fuerit habere in personis sive in rebus vel actionibus, et omne demendamentum quod faciebat vel facere poterat in civitate Lodove vel episcopatu Lodovensi. — Datum anno m° c° xcij° mense septembris, regnante Philippo rege.

(Répertoire de Briçonnet, f° VI A.—Cf. Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLIV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 154 D).

XXXIII

Analyse de confirmation par le pape Innocent III de la bulle d'Alexandre III en faveur de l'Évêque de Lodève

1202

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f°s III et IV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 144 G).

XXXIV

Analyses de bulle du pape Innocent III prescrivant de relever l'évêque Pierre Frotier et les chanoines de leur serment d'observer le Consulat

6 JUIN 1202

Quia Episcopus et Capitulum metu civium juramento se astrinxerant ad observandum Consulatum, et ipsi cives rapuerant bona Episcopi, suam domum invadendo, Innocentius episcopus, servus servorum Dei, ipsis contulit ut, acta penitentia super temerario juramento, negocia et utilitatem Ecclesie possint pertractare, precipiendo episcopo Bitterrensi ut excommunicationis sentenciam ferret in cives Lodove, donec satisfactionem plenariam persolvissent. — Datum Laterano viij° idus junii pontificatus sui anno v°.

(Répertoire de Briçonnet, f° XII v° C).

Innocentius papa dedit facultatem Abbati Ville Magne absolvendi episcopum et canonicos a juramento quod, vi et metu compulsi, prestiterant de observando Consulatu Lodovensi, concedens predictis episcopo et canonicis facultatem prosequendi justitiam Ecclesie Lodovensis, mandans insuper excommunicationem civium Lodovensium publicari usque ad satisfactionem. — Anno m° II° ij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° VI, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 144 B).

XXXV

Analyse de bulle du pape Innocent III relative au même objet

1202

Innocentius papa predictus misit ad episcopum et canonicos Lodove similes litteras in effectu cum predictis. — Pontificatus sui anno v°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° VI, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 144 C).

XXXVI

Analyses de reconnaissance par Guillaume, comte de Rodez, à Pierre Frotier, évêque de Lodève, de la vente de 1188

AVRIL 1204

Guillelmus, comes Ruthenensis, recognovit domino Petro, Lodovensi episcopo, venditionem factam per patrem et fratrem suum de omnibus que habere poterant in dyocesi Lodovensi domino Raymundo prius episcopo, quamquidem venditionem habuit ratam. — Factum anno m° II° iiij° mense aprilis.

(Répertoire de Briçonnet, f° VII A).

Guillelmus filius recepit iiij[or] milia solidorum et quittavit episcopum ab omnibus que potuisset querere. — M° II° iiij° in aprili.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLIV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 154 D).

XXXVII

Lettres de sauvegarde de Philippe-Auguste en faveur de l'Évêque, de l'Église et des habitants de Lodève

SEPTEMBRE 1210

(*Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. XXVII, p. 384).

XXXVIII

Diplôme de Philippe-Auguste confirmant le privilège concédé à l'Évêque de Lodève en 1188

OCTOBRE 1210

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francie rex.—Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos Remundo, quondam Lodovensi episcopo, et cunctis ejusdem successoribus, et ecclesie sancti Genesii, cui tunc temporis predictus Remundus presidebat, divine caritatis intuitu dedimus et concessimus, ac nostri privilegii auctoritate communivimus in civitate premissa que dicitur Lodova ecclesiam in honorem beati

Genesii martiris constructam, et ipsam civitatem premissam cum omnibus suis pertinentiis, et vicariam ejusdem ville, si qua esset; licentiam quoque faciendi in eadem civitate et in omnibus Ecclesie Lodovensis alodiis turres, munitiones, muros, portarum tuitiones, vallos; et castrum de Montebruno, castrum de Leras, villam de Ripa, castrum de Pegairolis, villam de Balmis cum podio, villam de Lauroux, castrum de Sobers, castrum de Foderia, castrum de Parlatges, forciam de Planis (1), forciam de Ulmeto, podium de Cornilio, podium de Gibreto, forciam de Avizate, forciam sancti Johannis de Gurgite Nigro, villam sancti Johannis de Pleus, castrum de Elzeria, castrum de Villacun, et de Bosco, et Valletam, castrum de Albaiga, castrum de Nizate, castrum de Caux cum territoriis suis, villam de Navas, villarem Bardincum. Inhibentes ne dux aut comes, seu quelibet alia potestas, supra jam dictam Ecclesiam aut res ejus injustam exerceant exactionem, aut bona vel domos decedentis episcopi occuparent vel invaderent. Item donavimus et concessimus prenominato Remundo episcopo et successoribus ejus in perpetuum stratas, novas forcias et precipue illas que fiunt in ecclesiis vel cimiteriis, earumque domibus vel pertinentiis; et specialiter jus faciendi monetam regia auctoritate, que accipiatur per totum episcopatum Lodovensem, ne possent aliqui petere partem vel juris aliquid in moneta illa; et jus prohibendi facere novas forcias et novas monetas in toto episcopatu Lodovensi; et facultatem exigendi fidelitates Regi debitas; et potestatem judiciariam omnium causarum tam civilium quam criminalium seu capitalium, earumdemque per ministros executionem, sub pleno fidejussionis districtu sine contradictione curie secularis; et insuper omnes minarias totius episcopatus Lodovensis, quecumque jam aperte vel postmodum erunt aperiende, que regii juris esse noscuntur. Item, cum predictis omnibus, nominato episcopo et ejus successoribus concessimus in perpetuum regalia episcopatus Lodovensis. Attendentes igitur devotionem, quam dilectum nostrum Petrum, Lodovensem episcopum, ad nos et regnum nostrum habere cognovimus, ad peticionem ipsius predictum privilegium innovantes, omnia supradicta, sicut superius continetur, expressa, adjunctis etiam

(1) Ms. Palmis.

iis que juste et rationaliter acquisivit et in posterum (1) acquiret ipsi et successoribus suis, per nos et successores nostros, in perpetuum confirmamus. Quod, ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis caracter inferius annotato presentem paginam roboramus. — Actum Parisius anno ab Incarnatione Domini m° cc° decimo, regni vero nostri tricesimo primo; adstantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. Signum Guidonis (2), buticularii. Signum Bartholomei, camerarii. Signum Droconis, constabularii. Data vacante cancellaria. B. S. P.

(Arch. dép. de l'Hérault, série G, Chapitre de Lodève, reg. 1, f° 117, d'après un vidimus de Philippe III le Hardi, donné à Capestang au mois d'août 1283, conservé à l'abbaye de Nonenque, diocèse de Vabres, et copié le 25 août 1660. — Voir aussi Teulet, *Layette du Trésor des Chartes*, t. Ier, p. 358).

XXXIX

Analyse de confirmation par Philippe-Auguste de la sentence portée contre les meurtriers de l'évêque Pierre Frotier par le bayle de son successeur

1210 ou 1211

Philippus Francorum rex damnavit auctoritate regia crimen lese majestatis sexdecim homines, qui convicti [fuerunt] se conspirasse in mortem domini P[etri], Lodovensis episcopi, et ipsum interfecisse, et omnes eorum fautores, et qui eis opem sive consilium prestiterunt, eorum bona per sentenciam confiscando, predictorum etiam XVI proditorum patres et matres, filios et filias, nepotes et neptes, fratres, sorores, fratrum et sororum filios et filias, patruos et avunculos, patruorum et avunculorum filios et filias, amittas et materteras, amittarum et materterarum filios et filias imperpetuum et sine spe restitutionis per judicium a Lodova et dyocesi exulando, et sentenciam [a] ballivo episcopi Lodovensis contra omnes predictos latam approbando, et imperpetuum confirmando. — Datum Parisius anno m° II° x° regni xxxj°.

(Répertoire de Briçonnet, f° VI v° E).

(1) Ms. perpetuum.
(2) Ms. Budonis.

XL

Analyses d'adjudication à l'Évêque des péages de la ville et du diocèse de Lodève

1211

Raymundus, Uticensis episcopus, Sedis apostolice legatus, injunxit Petro, Bitterrensi episcopo, adjudicare pedagia domino Petro Raymundi, Lodovensi episcopo, si per testes ydoneos cognosceret [quod] episcopi Lodovenses per L annos superiores jus pedagiorum habuissent, quodquidem jus Comes Ruthenensis dictis episcopis dederat seu vendiderat. Quiquidem Bitterrensis episcopus, auditis testibus et examinatis, jus pedagiorum dicto Petro et suis successoribus declaravit et sentenciavit pertinere. — Actum anno m° II° xj° regnante rege Philippo.

(Répertoire de Briçonnet, f° VI v° G).

Pedagia que Comes Ruthenensis usurpabat fuerunt adjudicata domino Petro, Lodovensi episcopo, preter habitatores Lodove et vallium circumstantium, videlicet in unoquoque trozello XII den. melgorienses, in barda et in bala insimul VI den., in carga piperis XII den., etc. de similibus. — Anno m° II° xj°.

(Tiré du Liber II Recognitionum de Bernard Gui, f° LXXXVI, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 108 v° L).

XLI

Analyse de vente par Bérenger de Soubès à l'Évêque de Lodève de sa portion des leudes dans le diocèse

1212

Berengarius de Sobers vendidit pro mile et c solid. melg. domino Pe[tro] L. e. integram porcionem leudarum quas habebat in episcopatu Lodovensi, et generaliter quidquid juris infra episcopatum predictum, et specialiter in leuda que dicitur *Bois de la Regina* usque ad locum Bocassertz de vinis, moltonibus, ovibus, bobus et vaccis, in singulis dictis quatuor 1 pogesiam; in uno corio bovis tres pogesias; in leuda cujuslibet pecie drapi lanei vel linei, si apud Lodovam vendatur et non in mercato, 1 obolum. In festo sancti Genesii in nundinis insimul extraneis mercato-

ribus pro leuda, si cannabacerii fuerint, in unoquoque tres denarios; si mercerii, II den.; si pellicerii, VI den. In eodem festo in unaquaque panni pecia in nundinis reperta 1 den., si tamen drapus fuerit hominis extranei. Eodem die in unoquoque corraterio extraneo III den. In unaquaque saumata corii afachati, si apud Lodovam integra vendatur in die ad mercatum non constituto, III den. In unoquoque die sabbati in singulis canabaceriis 1 obolum; et medietatem leude, si forum. Et quidquid habebat in loco qui dicitur *Caix de Tarvil* et quidquid infra terminum Lodove et in illa tenedone domorum infra quam continentur domus 1a Petri Alamandi, domus Duranti Guiraudi, et stare Gausberti, et stare Bernardi Forrierii, pro quarum domorum prima dantur annis singulis II s. melg. pro usatico, etc.

(Tiré du Liber II Recognitionum de Bernard Gui, fos XXI et XXII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, fo 102 B).

XLII

Analyse d'engagement par Guillem Ier de Lodève à l'évêque Pierre Raymond de la moitié de ses droits dans la ville et le diocèse de Lodève, ainsi que dans le faubourg de Montbrun

1213

Guillelmus de Lodova, pro se et suis successoribus, recepit a domino Petro, Lodovensi episcopo, v millia solid. melg., pro quibus dedit in pignore medietatem sextarii Lodove de blado et sale, et cujusdam turris de castro de Monte Bruno, et domus dicte turri contiguas, et quod habebat in turri majore dicti Castri, et furni sui barrii dicti Castri, et totius ejus quod habebat in molendinis de Insula, jure dominii aut quolibet alio modo, que molendina dabant sibi annuatim pro usatico XII sextaria frumenti, et XII annone et IX solid. melgor., et totius ejus quod habebat in placiis dictis molendinis contiguis, et omnium domorum omnium usaticorum que percipiebat in suburbio Lodove dicto Castro ejusve barrio, et medietatem usaticorum que habebat in Lodova et terminis, in castro de Podio Albaygua, in villa de Lauros et terminis eorum, et nemoris quod dicitur Utas, et omnium que habet in episcopatu Lodovensi in fortiis, hominibus, aquis, pratis, pascuis, furnis, etc. Et cum tali pacto ut ipse episcopus, tamdiu dictum pignus haberet, et fructus et redditus inde provenientes, donec

dicti v m. solid. sibi jam dicto episcopo vel suis successoribus plenaria persolvantur, vel argentum finum ad rationem marche argenti fini, que nunc valet L solid. melgor. Et statim post sibi dicti predicti v m. solidi, ita habui a te et recepi, quia de illis x millibus solidorum quos a te mutuo acceperam, pro quibus predictorum honorum dictam medietatem, et alteram medietatem quam modo recupero pignori obligaveram in debitum remanserunt, super reliquis v m. solidis a me tibi plenarie satisfacto. — Anno m° II° xiij°.

(Tiré du Livre Vert de l'Évêché de Lodève, f° CXXXVI, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 85 A).

XLIII

Analyse de lettres contenant faculté pour l'Évêque de tendre des chaînes dans la ville et les faubourgs

DÉCEMBRE 1219

Item littere continentes facultatem domini Petri, aliorumque episcoporum Lodovensium, de ponendo vel deponendo cathenas in villa Lodova et suburbiis pro suo beneplacito accordatam per cives dicte ville et suburbiorum.— Actum in Aula episcopali anno m° II° xix° decembris.

(Répertoire de Briçonnet, f° III A).

XLIV

Analyse de délaissement du notariat de Lodève et de sa concession par l'Évêque à Jean d'Aspres

1229

Remundus de Sancto Amancio, rector ecclesie de Claromonte, dereliquit domino Petro L. e. totam notariam Lodove et omnia jura pertinentia, et prefatus dominus P[etrus] L. e. donavit Johanni de Aspris totam notariam sive tabellionatum Lodove ad totam vitam suam, dando sibi facultatem condendi instrumenta publica per se vel ministrum, ita quod nulli alii homini liceat instrumenta facere seu componere in civitate Lodove vel villa seu barrio de Montebruno vel terminis Lodove, nisi faciat de voluntate et mandato suo expressis. Is tamen quem in ministrum assumpserit, debet jurare fideliter omnia facturum et secreta servaturum. — M° II° xix°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XVII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 146 v° L).

XLV

Analyse de sentence de l'Évêque de Béziers révoquant l'accord jadis conclu entre Pierre Raymond, évêque de Lodève, et les citoyens de cette ville sur le fait du Consulat

25 SEPTEMBRE 1236

B[ernardus], Bitterrensis episcopus, commissarius a legato pape, revocavit quamdam pactionem quam fecerat dominus P[etrus], episcopus Lodovensis, cum suis civibus, videlicet quod ipsa civitas Lodova eligeret decem viros, qui una cum Episcopo tractarent negocia civitatis; et, cognoscens dictus commissarius causa hujus Ecclesiam ledi et jam tallias super ecclesiasticos imponi, auctoritate sibi commissa totum revocavit, fecitque revocationem voce tube per civitatem Lodovam proclamari, excommunicando contradictores, etc. — Acta anno 1236 VII kal. octobris.

(Répertoire de Briçonnet, f° XII v° B).

XLVI

Analyse de reconnaissance par Guillem Vedel à Guillem de Cazouls, évêque de Lodève, de droits à Montbrun

1241

Guillelmus Vedelli recognovit domino G[uillelmo] L. e. quod habebat in castro de Monte Bruno et in barrio ipsius castri et in molendino Verdunenco, in manso de Persils, duas dreicerias salis in sexterali Lodove, quartam partem quam habebat in ove vel multone qui accipitur de ovibus seu mutonibus transeuntibus per diocesim Lodovensem, ascendendo ad montana vel descendendo. — m° II° xlj°.

(Tiré du Liber IV Recognitionum de Bernard Gui, f° LXXII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 132 v° L).

XLVII

Analyse d'acquisition, par voie d'échange, par Guillem de Cazouls, évêque de Lodève, de Guillem Ier de Lodève des droits de celui-ci sur le château de Montbrun

1246

Dominus Guillelmus e. L. nomine excambii tradidit Guillelmo de Lodova quinque solidos melgorienses et posigiam quos et quam

ipse de Lodova tenebatur dare Episcopo de censu pro feudo quod fuit Deodati Rosseti, et omnia usatica omnesque census quos percipiebat Episcopus, quando ipse Episcopus percipiebat ratione feudi predicti. Et recepit episcopus ab eodem de Lodova IV^or menses, scilicet januarium, aprilem, mayum et decembrem, quos ipse [de] Lodova et dictus Deodatus habebant in turre superiori de Monte Bruno, et quid juris habebant in dicta turre et pertinenciis, nomine feualie vel alia ratione, medietatem acapitorum de minariis que de cetero acaptabuntur in possessionibus dicti de Lodova in diocesi Lodovensi. Item, post concessionem predictorum, dictus de Lodova recognovit tenere in feudum turrem et totum stare cum pertinenciis que habebat in Monte Bruno, balmam que vocatur Balma Caron, et quid habebat in villa Lodova, et generaliter que habebat in dicta Lodova, pro quibus dictus de Lodova debet Episcopo hommagium facere et fidelitatis juramentum prestare et proxime dictam turrem et stare reddere domino mutante vel mutato, et nomine servicii unum esparverium tantum et non plus dare in mense julii singulis annis, quando fuerit requisitus, etc. — Anno m° II° xlvj°.

(Répertoire de Briçonnet, f° LXXXV v° C).

XLVIII

Règlement sur le droit de coupe ou Sesteiral

1246 (1)

Lou drech del Cesteiral de Lodeva

Et es a notar que al grand libre dels privilieges de Monseur de Lodeve es escrich que, de tout lou gazan que se fay al Cesteiral de las causas que se vendon tant dins lous hostals que deforas la cieutat de Loudeva ou al barri de Montbrun, del divendres a myech jour fins al domenge mati seguen, apperten à Monseur de Lodeva et a Guilhem de Lodeva, et daquel gazan non prenon res lous hostes. Item tout so que se vend deforas lous lougistes et se mesure al Cestairal, tout lou gazan s'aperten als dictz seignors.

(1) Pour ce document et les deux suivants, nous devons adopter la date donnée par Plantavit (*Chronologia*, p. 171), qui cite une charte sur parchemin dont nous n'avons trouvé aucune mention.

Et es a notar que so que se compra ou vend deforas los logistes non se deu mesurar dins losdicts logistes, affin que lesd. seignours non sian fraudats, ou aultrement los hostes serian pugnits, et tout so que on a dich dessus s'entend de la mesura de tous blads et legums.

Item de las castanhas, glands, noyas, amenlas, pommas, peras, nesplas, cerieysas, prunas, codons, mielgranas, rabas, et de tous autres fruicts que venon a saumadas a la plassa et mercat, desquals fruicts lou Cestairal ne pren una couppa et de cada saumada, et si se mesuran al Cestairal de cada cestier prengon una couppa.

Et es a notar que touts losdicts fruicts dessus nommats, exceptat lou blat et legums, se devon mesurar al Cesteyral de la civada.

Item de cada saumada de rusca que se vend dins la cieutat de Lodeva ou deforas fins al fluvi de Herau, losdicts seignors prenon dos couppas de la propria mesura de la rusca.

Item de chacuna saumada de sal que ven a Lodeva s'en pren una couppa, si en ladicte saumada y a plus de una eymina, et ladicta couppa se devesis en tres partidas, la una pren Monseur, et l'aultra Guilhem de Lodeva, et l'aultra lou commun de Sanct Gineys.

Et es a notar que de toutas las causas susdictas, exceptat de la sal et de la rusca, se pren de cada causa una couppa et de una eymina miege couppe, et tout aquel gazan, exceptat de la sal, comma es specificat dessus, se devesia entre Monseur et Guilhem de Lodeva.

Item es a notar que de tout so que se mesure dins los tres jours, so es la vigielia de sanct Gineis et lou jour et lou lendeman de sanct Gineis, tout lou drech se acqueris als dicts seignors, incares que se mesure dins las maisons ou deforas.

Et aussi es a notar que personne non deu mesurar res dins Lodeva deforas sa maison ambe aultra mesura que an la mesura de Monseur.

Item es a notar que personne que non a mayson propria dins Lodeva non deu res mesurar, sinon en la mesura de Monseur.

Item es a notar que dengun cieutadou de Lodeva ou aultre non deu prestar son eyminal als aultres ne a dengun per vendre ne comprar res, ou per prestar per recougnoisse, car aquo seria per far prejudici als dicts seignors, ne dengun non deu prene de las dictas mesuras l'un de l'autre.

Item dengun cieutadou de Lodeva non deu comprar res que non se mesure al Cesteiral desdicts seignours.

Item dous fraires ou compaignons ensembles demorans et possedens communamen los bens podon. tant que demoraran ensemble, tenir un eyminal entre elses, et aquo se entend se los dicts fraires ou compaignons an maison dins Lodeva, car aultrement non podon tenir eyminal, et pueis que auran devesit los bens entre elses non podon pas tener un eyminal commun entre elses.

Lou Cesteyral del froment deu tener XXVI couppas rasas, comme lo cestier se mesure al ras.

Item lou Cestayral de civada et tout so que se vend al Cesteyral de la civada deu tenir XVI eyminas commolas, per so que ainsi se mesura la civada et toutas las aultras causas, exceptat lo froment et legums et sal, que se mesura al ras.

Item per so que los cieutados que an maysons proprias podon vendre sos fructs tant sollament dins lurs maysons an lurs eyminals, es ben a notar que non podon res comprar an son eyminal, sia dins leurs maysons ou deforas, mais devon anar querre lou eyminal de Monseur.

Item aquelhes que non an hostal dins Lodeva, mais lou tenon arrentat, se fan hostalaria, ly apparten la mytat de las couppas del blat et dels autres fructs que se vendon dins losdicts logis per los estrangiers, ainsin comme aquelos que an maysons proprias, mais losdicts hostes que non an mayson propria non podon pas tenir eyminal, mais sollament las petitas mesuras.

Aysso es estrach del propri original del grand libre dels privileges de Monseur de Lodeve.

(Arch. dép. de l'Hérault, série G, Chapitre de Lodève, reg. 2, f° 219 v°, d'après l'original collationné par Besson, conseiller secrétaire du Roi).

XLIX

Règlement sur le poids public

1246

Sec se la coustuma et drech del pes de Lodeva

Item es escript al grand libre dels privilieges de Monseur de Lodeva que dengun de Lodeva non deu aver ne tenir dengun

quintal ni miech quintal, exceptat que agen mayson en ville, sinon le quintal deldict seignour de Lodeva.

Item es determinat que de chacun pes que se fa al quintal et de cada quintal Monseur pren un denier per son drech, et aquo de toutas causas tant villas que pretiousas.

Item es determinat que dengun cieutadou ni aultre non porres comprar dels estrangiers que non se pese al quintal de Monseur et non a autre, ne aussi pauc d'aquelles que demoron a Lodeva, se non an hostal propri.

Item es determinat que, si aucun de Lodeva vend res als estrangers ou compra dels estrangiers, que losdicts estrangiers devon pagar lo drech del pes.

Item es determinat que dengun cieutadou, incara que aja maison propria a Lodeva, non deu vendre res que non se pese al pes de Monseur, exceptat quand vend sas causas proprias.

Item nengun cieutadou non deu prestar a aultre son romma ne pes per comprar ne vendre, ni dengun non lou deu anar emprontar, et se on fan seran pugnits.

Item quand seria lou cas que aquel que ten lou quintal de Monseur et autre pes non trobaria son quintal, adonc poi prene lou romma de qualq'un de la ville per pesar a un chacun so que volran pesar, et tout lou drech deld. pes se apparten al rendier de Monseur de Lodeve.

Item es determinat que dos habitans de Lodeve ou plusors non podon aver en commun, sinon que fosson fraires demorans ensemble, et aquo se non an maysons a Lodeve, autrement non.

Item dengun non poi prestar son romma ou rommana a aultruy per pesar las causas que preston la un a l'autre, car se on fan Monseur los poi pugnir.

Et aytal s'entend de las causas que un chacun vol pesar en sa maison per las recougnoistre, affin que dengun fraude ne sia fach aldict seignour.

Et faut notar que lou quintal de Lodeve an loqual se pesa lou plomb deu pesar CXII lieuras, et lou quintal en que se peson toutes autres causas deu pesar cent lieuras et non plus.

(Arch. dép. de l'Hérault, Chapitre de Lodève, reg. 2, f° 223, d'après une copie de Fabre, notaire, collationnée par Besson, conseiller secrétaire du Roi).

L

Règlement pour la leude et les péages

1246

De leudis canonicorum et pedagiis extra civitatem Lodove et intus

Communia sancti Genesii habet in omnibus ovibus et in multonibus quos homo occidit Lodove causa vendendi unum obolum. De bovibus et vaccis medietatem linguarum, et in pedibus bovinis recipit medietatem de novissimo foro ante Natale usque in novissimum forum ante festum Omnium Sanctorum; usque ad forum novissimum Adventus Domini sint similiter communie. In omnibus porcis et in suibus qui occiduntur in macello Lodove habet communia medietatem lumborum causa dominii, et tabula que fuit Gisarno de Simero (?) est canonicorum propter allodium; et dimidium pectus de vaccis et de bobus que venduntur in illa tabula sunt communie causa dominii. In leuda obolorum de omnibus animalibus que erunt ponderata, que ascendunt superius, habent canonici medietatem oboli, et in alia medietate, que fuit domini de Fodilione, habent canonici septenum obolum. In omni leuda salis habent canonici tertiam partem, communia et Guillelmus de Lodova aliam tertiam et dominus Episcopus aliam tertiam; et canonici debent colligere salem, et si hoc faciunt, in qualibet hebdomada habeant IV denarios et de leuda decimam tertiam partem; et si hoc non facerent, accipiunt tertiam partem propter dominium. In leuda celilorum (?) accipiunt canonici medietatem propter dominium. In leuda de caseis, de lana, de paropsidibus, et de cannulis et de scyphis fusteis et vitreis et de palmis (?) et de pixidibus et de cepis et de porris et de piscibus habent canonici medietatem propter dominium. In omnibus porcis et suibus et in verribus et in capris, que una venduntur Lodove, habent canonici medietatem leude propter dominium. In omnibus bobus et vaccis que venduntur Lodove nundinis habent canonici unum obolum et medietatem tamen alterius propter dominium.

(Arch. dép. de l'Hérault, série G, Chapitre de Lodève, reg. 1, f° 313, et reg. 2, f° 121 v°, copies défectueuses auxquelles nous avons essayé de suppléer d'après le sens).

LI

Analyse de reconnaissance par Guillem II de Lodève des échanges contractés par son père avec l'évêque Guillem de Cazouls

1255

Guillelmus de Lodova, filius quondam domini Guillelmi de Lodova, recognovit domino Guillelmo L. e. escambia omnia que suus pater cum predicto episcopo fecerat, et etiam omnia alia recognovit que habebat in Lodovensi dyocesi. — Anno m° ii° lv°.

(Tiré du Liber II Recognitionum de Bernard Gui, f°s cxxxix et cxl, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 85 v° L).

LII

Analyse de concession de passage et transit gratuits faite par le seigneur de Faugères et Lunas aux habitants de Lodève et hommes de l'Évêque

1259

Par cest instrument le seigneur de Faugieres et de Lunas donne puissance aux habitants de Lodeve et a tous les subgets de l'evesque et du comte de Montbrun, comme sont ceulx du Caillar, de Larsac, de S^nt Michel, des Rives, de la Vacquerie, de Pegairolles, de Lauroux, de S^nt Estienne de Gorgas, de S^nt Jehan de Pleaux, de S^nt Saturnin, d'Arboras, de S^nt André, de Salelles de passer par les terres sans paier ny peage ni lieude, tant pour marchandizes que aultres chozes que ce soient. — Faict en l'an mil deux cens cinquante neuf.

(Tiré de l'Inventaire de la ville de Lodève de 1591, f° 35 v°).

LIII

Donation au couvent des Frères Mineurs d'une source à Prémerlet

27 SEPTEMBRE 1259

Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, scilicet quinto kalendas octobris, regnante domino Ludovico rege Francorum, noverint universi, presentes pariter et futuri, quod ego Raymundus Belugoni, per me et omnes heredes meos seu alios successores presentes et futuros, bona

fide, et omni dolo et fraude remotis, mea propria et spontanea voluntate, videlicet certus de facto et cercioratus de jure, cum hac presenti publica carta semper valitura, dono et titulo donationis inter vivos trado vel delego et concedo et in perpetuum derelinquo, amore Dei et anime mee et domini patris mei et etiam matris mee, et intuitu pietatis, vobis fratri Stephano, guardiano domus Fratrum Minorum de Lodova, recipienti pro vobis et conventu vestro et pro omnibus Fratribus dicte domus, totam integraliter aquam seu aquas quam seu quas habeo vel habere debeo vel visus sum habere, possidere vel quasi possideo ego vel alius nomine meo, que exeunt vel oriuntur in toto horto meo vel vinea mea vel juxta, quem hortum et vineam habeo apud Pratum Merletum, qui hortus et vinea predicta confrontantur cum via publica qua itur de Lodova versus Grasac et cum vinea de Narranza, vallato in medio, et cum honore Rebolli, ita videlicet quod predictam aquam seu aquas possitis accipere, ducere et derivare ad domum vestram et dictorum Fratrum, vel ubicumque volueritis, et quandocumque vobis vel vestris Fratribus placuerit, et pro omnibus partibus dicti horti et vinee predicte. Volens et concedens vobis et dictis Fratribus vestris ut possessionem seu quasi possessionem predicte aque seu aquarum aprehendere sine mea et alicujus judicis licentia requisita valeatis ; et me et meos divestiendo, etc. — Hec acta fuerunt Lodove. Testes fuerunt vocati et rogati Petrus Roca, Raymundus Boverii, Guillelmus Guerci, Petrus Raymundus, et ego Bernardus Boverii, publicus Lodovensis notarius, qui his omnibus interfui et, ut supra legitur, rogatus scripsi et signum meum apposui.

(Archives de l'Hôpital de Lodève).

LIV

Analyse de vente par Pierre d'Auriac au Chapitre de Lodève de droits féodaux dans Lodève

APRÈS 1259

Petrus de Auriaco vendidit Capitulo Lodovensi multa, inter que vendidit totam et integram turrem que est in castro de Monte Bruno, Lodovensis dyocesis, inter turrem domini Episcopi Lodovensis et turrem domini Guillelmi de Lodova; item medietatem omnium ollarum quam habebat per totum annum in leuda civi-

tatis Lodove, pro cujus medietatis servicio tenetur dare ollas tempore quadragesimali et Adventus tantum mense domini Episcopi quolibet anno necessarias; castrum de Villaconio et quamplurima alia. Et hoc pro viginti sex milibus solid. turon., quos recepit in pecunia numerata. Et ipsam venditionem et emptionem dominus Raymundus, episcopus Lodovensis, laudavit et approbavit, etc.

(Tiré du Liber I Recognitionum de Bernard Gui, f^os^ CCLXX et suivants, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 99 v° L).

LV

Analyse de bulle d'Alexandre IV autorisant l'évêque de Lodève à absoudre les citoyens qui ont juré d'observer le Consulat, mais veulent venir à résipiscence

1260

Alexander papa donavit episcopo Lodovensi facultatem absolvendi cives Lodovenses, qui conjurationem fecerant super Consulatu, et prestiterant juramentum, qui tamen proponebant redire ad mandatum Ecclesie. — Pontificatus anno vj°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° VIII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 144 H).

LVI

Analyse de nomination d'arbitre par l'évêque Raymond Belin et les habitants de Lodève pour trancher leur différend au sujet du Consulat

20 AOUT 1260

Dominus Raimundus, Lodovensis episcopus, nomine episcopatus sui, ex una, et Berengarius Peltrici, jurisperitus, P. Peyroneti, P. de Sancto Saturnino, cives Lodove, pro se et tota universitate hominum, ex altera, compromiserunt in dominum Guidonem, episcopum et Narbonensem electum, super articulis infrascriptis, videlicet quod episcopus petebat anulari constitutionem sindici et consiliariorum seu rectorum factorum a civibus Lodove et sigillum frangi ab ipsis civibus factum. E diverso alii petebant restitui libertates fractas a dicto domino episcopo Lodovensi. Et ambe partes voluerunt compromissum valere etiam in aliis articulis expressis et exprimendis, mutuo sese obligantes tenere quod

per dictum dominum Narbonensem sententiaretur sub pena ducentarum marcharum argenti, que pena totiens incurri debebat quotiens contra aliquid predictorum fieret, compromisso rato et manente. — Anno m° II° lx° regnante rege Ludovico xiij° kal. septembris.

(Répertoire de Briçonnet, f° XIX v°).

LVII

Permission accordée au monastère Saint-Sauveur par l'évêque Raymond Belin et ses chanoines de construire un aqueduc amenant l'eau de Fonbonne au monastère

1261-1273

Anno Domini millesimo sexagesimo primo secundo idus septembris, regnante Ludovico rege Francorum, noscant presentes pariter et futuri quod nos Raymundus, miseratione divina Lodovensis episcopus, pro nobis et successoribus nostris, damus, concedimus et donamus vobis Petro, Dei gratia abbati monasterii Sancti Salvatoris Lodove, et per vos monasterio predicto et successoribus vestris, in redemptione anime nostre et successorum nostrorum, plenam et liberam potestatem aquam ducendi et reducendi per cornua plumbea, lignea, vel terrestria, vel lapidea, vel alio quolibet modo subter terram, de loco vocato Fonbona, que exit in honore dicti monasterii, ad monasterium predictum infra civitatem Lodove, per vias et carrerias publicas et alia loca publica et privata ad nos jure dominii pertinentia, salvo et retento quod vos, nomine dicti monasterii, possessoribus locorum privatorum predictorum, sive sint campi, vinee vel horti, satisfaciatis pro juribus suis et damnis datis, donec per eos concessus fuerit usus aque seu aqueductus ad eorum plenariam voluntatem, et quod dictus aqueductus per vias publicas et alia loca ad nos pertinentia fiat et ducatur, absque damno et impedimento locorum publicorum et viarum et etiam privatorum predictorum, et quod vos et successores vestri possitis et teneamini dictum aqueductum reficere et reparare, quandocumque et quotiescumque volueritis et opus fuerit vobis vel nobis vel possessoribus locorum privatorum predictorum, sine damno et impedimento, etc.

Acta fuerunt hec Lodove in presentia et testimonio Petri de Crosi monachi, Johannis Gauffre, prioris claustralis dicti monas-

terii, R. Fabri, capellani, Berengarii Arsaudi, diaconi, Guiraudi Agulloni, P. de Salasco, D. de Peret, et mei Raymundi Vaireti, publici Lodovensis notarii, qui mandato partium hec scripsi et signum meum apposui.

Et eodem anno quo supra millesimo ducentesimo sexagesimo primo et pridie idus martii, nos Raymundus Perroneti, precentor Lodovensis, nomine precentorie, pro nobis et successoribus nostris et etiam in quantum possumus pro Capitulo Lodovensi. volumus et concedimus vobis reverendo patri domino Petro, Dei gratia abbati, et toti conventui monasterii Sancti Salvatoris de Lodova et successoribus vestris, pro ipso monasterio et ejus nomine solemniter stipulanti, dictum aqueductum, et omnia et singula supradicta.... laudamus, ratificamus in perpetuum ac etiam confirmamus, et volumus siquidem et concedimus vobis et dicto monasterio dictum aqueductum per hospicium et domos dicte precentorie, et etiam per terras et possessiones ejusdem et dicti Capituli, et etiam per honores, terras et possessiones qui et que tenentur ab ipsa precentoria et Capitulo supradictis, et etiam per vallatum et per carrerias et domos Capituli Lodovensis.., ducere... etc.

Suivent des permissions analogues accordées :

Le 17 mars 1262 par Jean Gausbert, chanoine, tenant la canourgue de Saint-Michel.

Le 29 mars 1262 par Guillem Pierre, chanoine, tenant la canourgue dite de Saint-Julien.

Le 9 mars 1272 par Bérenger Guirard, Hugues Martin et Guillem Gellon, chanoines.

Le 13 avril 1272 par Jean Cambon, chanoine, tenant la canourgue dite de Poujols.

Le 16 mai 1272 par Pierre Gari, chanoine, tenant la canourgue dite del Theron.

Le 20 septembre 1272 par Hugues de Sauve, chanoine.

Le 10 janvier 1273 par Bernard Belin, chanoine, tenant la canourgue dite de Saint-Jean.

Le 6 mars 1273 par Pons Dupont et Guillem de Roquesels, chanoines.

(Arch. dép. de l'Hérault, série G, fonds du Chapitre de Lodève, reg. 2, f°s 212 à 219).

LVIII

Charte communale de Lodève rédigée par Gui Foulques, archevêque de Narbonne, arbitre entre l'Évêque et les habitants

18 MARS 1262

Noverint universi presentes pariter et futuri quod inter venerabilem patrem Raimundum, Dei gratia Lodovensem episcopum, ex una parte, et cives Lodovenses, ex altera, subortis variis questionibus, cum super eis compromisissent in venerabilem patrem dominum Guidonem, Dei gratia sancte Narbonensis ecclesie nunc archiepiscopum, prout in publico instrumento inde facto per manum mei Petri de Podiomissone, publici Capitistagni notarii, plenius continetur, fuerunt eidem domino archiepiscopo per Berengarium Peltrici et Guillelmum Gauzberti et Petrum de Sancto Saturnino, cives Lodovenses, nomine universitatis Lodove, cujus se syndicos esse dicebant et probant per publicum instrumentum, peticiones sive assertiones reddite infrascripte.

Coram vobis venerabili patre in Christo domino Guidone, Dei gratia sancte Narbonensis ecclesie archiepiscopo, Berengarius Peltrici. Guillelmus Gauzberti et Petrus de Sancto Saturnino, syndici hominum et universitatis civitatis Lodovensis, pro se et tota universitate predicta, pro suis intencionibus proponunt et tradunt capitula infrascripta :

Primo proponunt dicti syndici, nomine quo supra, dictam universitatem posse sibi creare syndicos generales tam ad universa negocia presentia et futura quam ad universales lites presentes et futuras ipsius universitatis, ipso domino Episcopo irrequisito et absque interposicione ejusdem decreti. Petentes pronunciari dictam universitatem posse sibi creare syndicos in modum suprascriptum, non obstante quasi possessione auctorisandi in qua dicit se esse dictus dominus Episcopus. — Secundo dicunt et proponunt dictos syndicos sic creatos posse sibi creare successores, si in creatione sive constitutione ipsorum ab universitate predicta permissum eis fuerit creare successores, et consiliarios eis assumere juxta potestatem eis datam ab universitate. — Tertio proponunt dictam universitatem posse habere et debere sigillum comune. Item archam seu archas comunem et comunes et domum comunem et ceteras res comunes. —

Quarto proponunt dictam universitatem posse juramentum interponere super contractibus ipsius universitatis et ceteris licitis et honestis jure permissis.—Quinto proponunt dictam universitatem posse sibi creare consules, per quos dicta universitas consulatur, et consules sic creati possint sibi creare successores juxta potestatem eis datam sive dandam ab universitate, et quod dicti consules possint sibi assumere consiliarios et eos astringere juramento de dando bono consilio et legali. — Sexto proponunt consilium dicte civitatis vocari posse per pulsationem campane. — Septimo proponunt dictam universitatem fuisse in possessione seu quasi habendi sigillum consulum ipsius universitatis, et ipsam universitatem debere constitui in possessione seu quasi dicti sigilli habendi, cum ab ea possessione seu quasi dicti sigilli dicta universitas a domino Guillelmo de Casellis, quondam predecessore domini episcopi, indebite fuerit spoliata. — Octavo postulant et proponunt dominum episcopum prohiberi a perceptione seu quasi pedagiorum de novo impositorum et leude de novo imposite. Que pedagia talia sunt, videlicet in eo quod percipit ultra leudam in quolibet porco vendito infra Lodovam unum denarium, qui porcus extra villam ducatur. Item in eo quod percipit unum denarium pro saumada bladi que extrahitur de civitate et remanet infra episcopatum. Item et in eo quod percipit unum denarium pro lesda a quolibet inhabitante infra Lodovam, dum tamen ibidem domum non habeat, scilicet pro quolibet panno ibidem vendito a quolibet ex dictis habitantibus. — Nono dicunt ipsum dominum episcopum prohiberi ab eo quod compellit parrochianas Sancti Petri de Lodova decoquere ad furnum situm in dicta parrochia prope ipsam ecclesiam, petentes pronunciari quod possint decoquere ubi magis voluerint.—Decimo proponunt quod ab inde in antea dominus Episcopus non percipiat a singulis lavatoribus minarum duos denarios pro qualibet septimana, cum indebite et injuste sit impositum et perceptum. — Undecimo proponunt dictam universitatem et singulos de ipsa universitate debere et posse piscare in aquis comunibus ipsius Lodove absque contradictione domini Episcopi, nisi aliud convenirent dictus Episcopus et dicta universitas. — XII. Proponunt hedificia imposita sive facta auctoritate domini episcopi, sive ab ipso domino episcopo, in locis comunibus seu publicis sive privatis et sacris, debere tolli et reduci in pristinum statum quo hedificia talia

fuerunt. — XIII. Proponunt vallo seu fossato circuitus dicte civitatis libere ad ipsam civitatem pertinere, et quod sibi dominus episcopus vel alter ejus auctoritate seu nomine apropriaverunt, in statum pristinum reducatur. — Quarto decimo proponunt et dicunt dominum Episcopum vel Curiam decreta debere interponere libere et tutelas et curas dare, concedere seu etiam confirmare, absque aliqua perceptione pignorum seu pecunie. — Quindecimo postulant dictum Episcopum annuales bajulos et judices debere constituere in Curia Lodovensi. Item et quod secundum antiquam consuetudinem homines castrorum dicti domini Episcopi infra dictam civitatem pro suis causis quibuscumque litigaturi venire debeant. — XVI. Postulant dictam universitatem et singulos de ipsa indempnem seu indempnes servari per ipsum dominum Episcopum ab omni dampno, si quid contingeret ei seu eis evenire ob quamlibet cavalcatam sive sequtam seu exercitum, quem ut quam fecissent ad mandatum dicti domini Episcopi vel ejus Curie. —XVII. Postulant consuetudines et libertates certas et indubitatas et obtentas a dicta universitate ab antiquissimo tempore citra in formam publicam redigi, et easdem per dictum episcopum et ejus Curiam observari debere.

Consuetudines vero et libertates tales sunt: Quicumque habitans Lodovam, sive habeat ibi domum propriam vel conductam, de omnibus rebus que venduntur in domo propria vel conducta, in carreria coram domibus supradictis, de quibus tamen debeant recipi cupe, predictus habitans debet habere medias cupas semper, preterquam a meridie diei veneris usque ad diem sabati in nocte, tunc enim sunt cupe integraliter domini Episcopi: et hec est certa et indubitata consuetudo et libertas civitatis Lodove obtenta et observata a dicta universitate ab antiquissimo tempore citra, cujus in contrarium memoria non exstat. — Item quicumque habitans Lodovam, habeat domum infra Lodovam vel non habeat, non debet dare pedagium seu lesdam vel aliquam costumam vel senhoriam in aliquo loco terre domini Episcopi, exceptis hiis que percipit dictus dominus Episcopus, licet injuste, a ministairalibus: et hec est certa et indubitata consuetudo, etc. — Item, si aliquis civis Lodove habitans ibidem aliquid emerit ab extraneo, extraneus debet solvere costumam totam: et hec est certa et indubitata consuetudo, etc. — Item nullus habitans Lodovam, habeat ibi domum vel non, vel non habitans, dum tamen

habeat ibi domum, tenetur dare costumam aliquam domino Episcopo vel alteri seu drechuram de aliqua seu de aliquibus rebus quas vendit in foro vel in grava, vel in alio loco, sive in festo sancti Genesii vel alio aliquo tempore, exceptis taulagiis que percipiuntur, licet injuste, in nundinis in festo sancti Genesii : et hec est certa et indubitata consuetudo, etc. — Item quicumque extraneus debitor inventus fuerit in civitate Lodove, si de ipso ibidem a cive Lodovensi vel ab extraneo exponatur querimonia, tenetur ibidem respondere non obstante fori prescriptione : et hec est certa et indubitata consuetudo, etc. — Item, si aliquis extraneus offenderit corporaliter civem aliquem Lodovensem, dominus Episcopus vel ejus curiales non debent prestare guidagium injurianti quod intret civitatem Lodove, nisi sufficientem, primo sciente et vocato offenso, prestiterit cautionem de parendo juri in civitate Lodovensi : et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item quicumque habens Lodove domum, maneat ibi vel non, potest habere quintale et medium quintale, et sestairal et eminal, et quascumque alias mensuras ad vendendas res suas quibuscumque personis, et ibi nullum habet jus dominus Episcopus seu costumam. Appellacione sestairalis et eminalis non intelligimus ponberiam seu alias mensuras avennas vel olei ; illas enim potest habere tenereque extraneus vel civis libere et sine aliqua perceptione domini Episcopi vel alterius cujuscumque : et hec est certa et indubitata consuetudo. Et, si ab extraneo non habente domum Lodove sal afferatur causa vendendi, hospes, in cujus domum fuerit sal allatum, debet percipere quartam partem costume seu drechure, que est ut de qualibet saumata percipiatur una tercieira ; de emina vero salis nichil percipitur : et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item quicumque habitantes Lodovam habentes domum propriam seu conductam possunt habere quascumque mensuras et pondus ad vendendum et emendum, mensurandum et ponderandum, prout eis placuerit ; et ibi nichil percipit dominus Episcopus vel alius, exceptis sestayrio et eminali et quintali et medio quintali ; quas mensuras et pondera proxime dictas non potest habere libere habitans Lodove, qui propriam domum Lodove non habeat : et hec est certa et indubitata consuetudo, etc.

Item quando dominus Episcopus constituit bajulum vel judices, debet vocare comunitatem Lodove ad hoc specialiter, ut coram

ipsa universitate ipsi domino Episcopo jurent quod ipsi observabunt laudabiles et aprobatas consuetudines et libertates et usus civitatis Lodove, et quod secundum ea judicabuntur, et quod omnibus facient justiciam sine persone excepcione, omni odio, gracia et timore, consanguinitate, affinitate et vicinitate postpositis; ubi [et] cum deficient consuetudines et libertates predicte, quod observent jura: et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item nullus de familia domini Episcopi se debet intromittere de factis curie, nisi prius in publicum juraverit, ut bajulum et judicem ejusdem curie [ut] moris est et supradictum: et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item quilibet extraneus et civis potest emere domum parvi precii vel magni Lodove, et dominus Episcopus et ceteri domini debent laudare vendiciones dictarum domorum emptoribus vel attribuere, et postmodum talis extraneus habens domum Lodove vel partem est immunis et liber, sive habitet Lodovam vel non, ab omnibus, sicut quilibet alius civis Lodove: et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item dominus Episcopus vel ejus Curia non potest alicui de civitate imponere aliquam penam seu mulctam super aliquo facto, nisi de voluntate et concilio procerum, proceres vero intelligimus id (1): hec est certa et indubitata consuetudo. — Item, si aliquis civis Lodove teneatur in aliquo domino Episcopo vel ejus Curie, non debet eum capere vel precipere ei quod exeat (2).....sit paratus ipsi domino Episcopo vel ejus Curie facere justicie complementum: et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item preco pro una preconisacione non debet habere nisi unum denarium, si tamen preconisaret in villa et de voluntate domini cujus est res que preconisatur; preconisaret in barrio ultra pontem Solundri, debet habere duos denarios. Item est e converso. Item non debet facere simul et semel nisi unam preconisationem: et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item, si quis in civitate exponat querimoniam de aliquo et Curia banniverit res illius de quo querimonia exponitur, si quis sufficientem de parendo juri prestiterit cautionem, Curia incontinenti disbanniat res bannitas: et hec est certa et indubitata consuetudo. — Item dominus vel locator vel ejus nuncius potest expellere conductorem de domo conducta, et claudere ostia auc-

(1) Sans doute par une omission du copiste le sens n'est pas terminé.

(2) Nous remplaçons par des points les passages correspondant aux trous faits par les rats, quand le rétablissement est susceptible de plusieurs sens.

toritate sua propria, et retinere omnes res que fuerint in domo quousque seu de loquerio seu pencione fuerit satisfactum ; et, si infra mensem computandum a tempore quo primum locator clauserit ostia domus conducte, conductor non satisfecerit locatori de loquerio sive pencione dicte domus, locator posset vendere res quas sibi inveniet pro modo loquerii, bona fide et propria auctoritate: et hec est certa et indubitata etc. — Item dominus Episcopus non habet toltam vel questam vel mutuum vi exactum vel aliquam aliam exactionem in habitantibus Lodove: et hec est certa et indubitata etc. — Item dominus Episcopus vel ejus bajulus non potest compellere aliquem suscipere hospites ultra voluntatem suam, nisi teneat publicam albergariam: et hec est certa et indubitata etc. — Tabelliones seu notarii possunt et debent sine domini indignatione Episcopi publice conficere instrumentum seu instrumenta appellacionis seu appellacionum ad dominum Episcopum devolventium vel alium quemcumque, et de omnibus causis sive capitulis que tangunt seu tangere possunt predictum dominum Episcopum vel ejus Curiam seu alium quemcumque dominum. Tamen de jure liceat facere talia instrumenta, et hoc de jure dicte universitatis competit. — Item, si aliquis in civitate Lodove a latrone vel fure vel alio non domino rem furtivam vel vi ablatam publice in foro vel in carreria venalem bona fide emerit, credens alienantem esse dominum, si postea verus dominus veniret et predictam rem probet suam, recuperet rem suam, restituto tamen prius solummodo precio emptori quod dederit et expensas quas fecerit, prestito tamen ab ipso emptore sacramento quod ipse credebat alienantem fuisse dominum: hec est certa et indubitata etc. — Item, si aliquis debitor extraneus vel civis auffugiat, vel civitatem exeat causa recedendi, aut fugiat, et hoc perveniat ad aures creditoris, creditor potest eum sua propria auctoritate capere et retinere et ducere ad Curiam sine aliqua alia pena legali: et hec est indubitata etc. et jure competit. — Item discordie per arbitros seu arbitratores seu amicabiles compositores possint et valeant in civitate Lodove defferri, et Curia compellere arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, qui arbitrium in se susceperunt, pronunciare seu diffinire, et compellere testes qui producti fuerint coram eis, sacramento prestito, ad perhibendum testimonium veritati, quod sacramentum coram arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus

testes debent prestare; et pro tali compulcione nichil Curia debet habere ex eis vel exigere. Si vero, lite coram Curia pendente, partes elegerint arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, et coram eis elegerint litigare, hoc etiam possunt facere, licentia Curie minime requisita; et Curia, racione processus qui factus fuerit coram ea, nichil a partibus vel altera earum debet exigere pro justicia seu expensis. Confessiones vero coram arbitris, arbitratoribus facte, et testes recepti, compositiones seu transactiones facte tantumdem debent valere ac si essent coram Curia ordine judiciario facte; et sumpta seu vacaciones ab arbitris, arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus facta debet Curia executioni mandare, sive fuerint arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores, cum pena vel sine pena electi, sicut fuerint elata a judice ordinario: et hec est etc. — Item, si aliquis extraneus offendit aliquem civem Lodove, quis offensorem recipit infra fines civitatis Lodove potest eum capere, et captum ad Curiam ducere, ut ibidem faciat justicie complementum ipsi civi, propter hoc penam nullatenus recipiente: et hec est certa etc.— Item dominus Episcopus non potest facere aliquod statutum in civitate Lodove vel alibi quod obligat in aliquo ipsos cives, nisi de consilio multorum procerum et voluntate expressa: et hec est certa etc. — Item dominus Episcopus vel etiam Curia non potest aliquo juramento impedire...... jurisdictionem fo.....rium contineat: et hec est certa etc. — Et si aliquis civis Lodove citatur per curriolum in causa peccuniaria, ut incontinenti veniat ad Curiam, sufficiat ipsum venire ad Curiam quacumque ora diei, vel non veniat, non debet a Curia cominari vel detineri, sed potest Curia contra eum procedere prout moris est in civitate: [et hec est] certa etc. — Item, si nuncius seu curriolus mittatur a domino Episcopo Lodove vel ab aliquo ex officialibus Curie Lodove causa pignorandi vel claudendi ostia, vel alterius cujuscumque.............. ydoneis tamen facultatibus existenti prohiberi, ita tamen quod prohibens debet venire ad Curiam, et pro eo contra quem fecerat hujusmodi..... parlamentum facere justum, sive ab ipsa Curia fuerit, a quocumque alio contra eum querimonia exponatur: et hec est certa etc. — Item, si aliquis extraneus vel privatus rem aliquam emerit in civitate Lodove vel in ejus pertinenciis, civis quisque Lodove potest cum eodem emptore participare comunitus emptionem jam factam, et habere cum ipso emptore rem emptam

comuniter, dum tamen partem precii solvere sit paratus, quod cum creditore convenit: et hec est certa etc. — Item, si currioli vel nuncii Curie, vel alteri quicumque ad Curiam hominem captum ducant, quicumque civis Lodove possit eis captum, etiam violenter, aufferre, nisi aliter vellent eum dimittere, qui captum Curie incontinenti representet, ut ibidem faciat justicie complementum; qui se, si dimitti noluit, eisdem penis submittere debet quibus ipse captus plecti debuisset. De eo capto non intelligimus qui captus esset pro crimine quod mortem vel membri abscisionem exigat: et hec est certa etc. — Item, si primus emphiteota alteri rem emphiteoticeriam dederit, retento sibi annuatico canone sive censu, possit novum emphiteotam compellere ad solucionem sui canonis sive census modis omnibus quibus de....... quibus jure concedit: et hec est certa etc. — Item currioli seu nuntii Curie pro suo officio exequendo nichil possunt a litigatoribus exigere seu habere, nisi forte aliqu.......entur in barrium civitatis: et hec est certa etc.

Contra, dictus dominus episcopus reddidit eidem domino archiepiscopo contra cives seu universitatem Lodove peticiones seu assertiones subscriptas:

Asserit Raimundus, Dei gratia Lodovensis episcopus, quod, sede Lodovensi vacante, in magnum et grave prejudicium Ecclesie Lodovensis, cives Lodovenses preter morem solitum convocati syndicos, actores, rectores sive consules, absque Episcopi et Capituli voluntate, auctoritate seu assensu, vel locum ejus tenentis, contra loci consuetudines creaverunt. — Item sigillum universitatis fecerant, cum quo plures litteras et instrumenta sigillarunt. — Item crearunt consiliarios, juramentis sese ad invicem colligando, et dantes eisdem syndicis et consiliariis seu rectoribus prejudicialem dicto domino Episcopo et Ecclesie Lodovensi multipliciter potestatem, ut patet ex tenore instrumentorum super dictis syndicatibus confectorum. Unde petit predictos syndicos, actores, rectores sive consules et consiliarios revocari et penitus annullari. Item predictum sigillum frangi, destrui et in perpetuum prohiberi, et sigillata cum eo omnia cassari, cancellari, et pro cancellatis et cassatis haberi.—Item petit juramenta seu conjurationes, colligationes rescindi atque dissolvi. — Item petit penas ex predictis comissas, editas legibus et consiliis, legatorum appostolice Sedis et aliis statutis, scilicet a singulis qui predictas

conjurationes fecerunt xx libras turonenses per consilium Tholosanum seu libram auri per constitucionem imperialem ac edictali. — Item petit eos denunciari excommunicatos publice per consilium Valentinum, quousque super predictis satisfecerint competenter. — Item petit dictos cives compelli ut utantur certis et justis ponderibus et mensuris per Curiam dicti domini Episcopi eisdem concedendis et statuendis. — Item petit dictos cives prohiberi ne de cetero attemptarent creare tales syndicos, consules vel consiliarios vel rectores, vel facere seu attemptare aliquid de predictis. — Item petit expensas propter hoc factas et propter hoc faciendas.

Tandem dictus dominus archiepiscopus, assertionibus et responsionibus parcium intellectis, volens de plano procedere, judiciali strepitu pro comuni utilitate parcium pretermisso et data sibi a partibus plenitudine potestatis, earum mutuas questiones in modum terminavit infrascriptum:

In prima siquidem proposicione, de syndicis seu libera creatione eorum, voluit, statuit et mandavit quod, quotiens universitati civium Lodovensium movenda ab ipsis vel contra ipsos questio iminebit a quacumque vel contra quamcumque personam aliam ab Episcopo Lodovensi, liceat eidem universitati ob hoc specialiter congregari, et Lodovensi episcopo qui pro tempore fuerit, vel locum ejus absentis tenenti causam exponere ad quam seu pro qua syndicum constituere proposuerint; et, notata sibi persona vel personis cui vel quibus volent comittere syndicatum, ejusdem Episcopi vel tenentis locum ipsius absentis, assensum et auctoritatem requirere teneantur. Quam et quem idem Episcopus, si presens fuerit, vel locum tenens ipsius absentis, sine difficultate et questu seu sumptu teneantur libere impertiri, nisi talis vel tales sibi nominarentur persone quas posset et deberet repellere propter evidens seu notorium vicium earumdem. Si vero dicta universitas contra ipsum Episcopum movere voluerit questionem et syndicum vel syndicos constituere ad eandem, certificent primo ipsum Episcopum de questione predicta, et requirant humiliter ab eodem quod, si quid fuerit emendandum, emendet; et, si facere id noluerit, possint syndicum creare vel syndicos, requisita ipsius licentia. Et in utroque casu (hoc est sive in primo auctoritatem et assensum negaverit, sive licentiam in secundo) possint sua auctoritate creare syndicum seu syndicos ad causam

seu causas nominatas eidem Episcopo vel locum ipsius absentis tenenti, hoc tamen moderamine in omnibus casibus adhibendo, quod nullum faciant syndicum nisi civem, nec ternarius numerus syndicorum excedatur. Cum vero syndicus vel syndici fuerint constituti, jurent coram Episcopo vel locum tenente ipsius syndicatus officium fideliter exercere, nec illius occasione seu colore potestatem sibi aliam usurpare, nec durante officio in se aliquod recipere compromissum. Finitis vero causa vel causis vel earum instancia ad quam vel quas syndicus vel syndici fuerint constituti, statim syndicatus expiret. Licet autem olim de jure scripto indistricte ad causas futuras constitui generaliter possent syndici, quia nichilominus civitates ut plurimum a dominis specialibus gubernantur, quorum dominium jure consuetudinario ex magna parte scriptas in jure libertates absorbet, inhibuit expresse ne ad causas futuras in genere fiat vel fiant a dictis civibus syndicus sive syndici generales in Lodovensi civitate predicta, nec aliter quam supra dictum est, ne sub pretextu liciti illicitum aliquid comittatur. Verum si actor a dicta universitate fuerit ordinandus, voluit et mandavit idem dominus archiepiscopus quod, servata Episcopi reverentia sicut supra, fiat prout juris et moris est cum interposicione decreti et simile subeat juramentum. In omnibus autem casibus supradictis universitatem totam vel duas partes ejusdem sufficiat consentire. Syndicum vero vel syndicos alium sibi vel alios substituere nunquam liceat, quum ordinacio supradicta id fieri minime posset. Et sic remanet secundus articulus expeditus.

In tertio vero capitulo de sigillo, voluit idem dominus archiepiscopus, statuit et mandavit quod eadem universitas possit uti sigillo quod fecerat ad epistolas sive litteras salutatorias sigillandas, in quo est superscriptum :

SIGILLVM VNIVERSITATIS LODOVE

Set eodem in contractibus inter alios initis ad robur aliquod ut rei geste testimonium non utantur ; sed nec cum eodem sigillo universitas alicui obligetur per quascumque personas, nisi prius ab ipsa universitate vel duabus ejusdem partibus fuerit super hec Episcopi Lodovensis licentia requisita. Dictum vero sigillum custodient tres cives Lodove, quos ad hoc solum eliget universitas vel pars major ejusdem, qui jurabunt, sacrosanctis evangeliis

tactis, in presencia domini Lodovensis Episcopi et proborum hominum civitatis Lodove usque ad sexaginta, dictum sigillum fideliter custodire, nec cum eo sigillare in prejudicium juris et honoris Episcopi seu Ecclesie Lodovensis nec dampnum universitatis predicte. Ad litteras autem salutatorias et non obligatorias sigillandas universitatem non oporteat congregari, set sufficiat in hac parte majorum et meliorum civium usque ad triginta adhiberi consensum. Verum si sigillum quod nunc habent conjeci contingeret seu perire, liceat universitati aliud reficere, superscriptione in aliquo non mutata, et eodem vel simili uti perpetuo in forma predicta.

Super quarto articulo statuit et mandavit quod dicta universitas Lodovensis nullam inter se vel cum personis aliis sive locis conjurationem faciat sine expresso consensu Episcopi Lodovensis; si tamen contraxerit mutuum vel aliquod simile, possit dictum contractum licitum et honestum juramento firmare, salvis omnibus que circa obligandam universitatem aliis sunt superius diffinita.

Super quinto capitulo de consulibus statuit idem dominus archiepiscopus, voluit et mandavit quod dicta universitas nullo tempore sibi consules vel rectores, quocumque nomine censeantur, eligere vel creare attemptet sine legitimo et expresso assensu Episcopi Lodovensis; et sic remanent quintus et sextus articuli diffiniti.

Super septimo vero capitulo, silentium dictis syndicis et universitati idem dominus archiepiscopus imposuit, salvis hiis que eidem universitati superius sunt concessa.

Super octavo capitulo de predicto pedagio et leudis, quas dicebant predicti syndici de novo impositas et earum percepcionem inhiberi petebant, dictus dominus archiepiscopus, auditis aliquibus probis hominibus civitatis, in quos pars utraque assensuit, taliter deffinivit: In primis statuit et mandavit quod de porco empto in civitate Lodove, qui de civitate extrahitur, nichil accipiatur ab emptore ad portale, si dictus porcus extra Lodovensem episcopatum non ducitur, nec causa revendendi est emptus; alias vero, hoc est si vel causa revendendi emitur vel extra Lodovensem episcopatum ducitur, possit Episcopus ultra leudam ad portale unum denarium percipere nomine pedagii consueti, et tantumdem pro saumada blati que de civitate extrahitur, nisi in

episcopatu remaneat [aut] causa seminandi vel comedendi portetur; et pro quolibet panno in civitate vendito unum denarium de leuda, nisi venditor domum habeat in Lodova.

Super nono capitulo de furno Sancti Petri silencium imposuit syndicis et universati predictis dominus archiepiscopus; et super decimo idem fecit.

Super undecimo capitulo de piscatione aquarum dixit et statuit quod in eis bannum servetur anticum, et in aliis, de quibus bannum recipi consuevit, quod bannum preconizetur singulis annis ex parte Episcopi, consilio tamen proborum hominum dicte civitatis congregato prius et requisito, in quo sint de probis hominibus et magis aparentibus XL vel plures.

Super duodecimo capitulo remisit idem dominus archiepiscopus syndicos ad jus contrarium, ut agant contra locorum detentatores, si eis videbitur expedire, et in tercio decimo idem dixit.

Super quarto decimo capitulo dixit et statuit idem dominus archiepiscopus quod pro tutelis vel curis dandis vel decretis interponendis, si nullus adversarius se opponat, nichil prorsus Curia episcopalis accipiat. Si vero aliquo se opponente extra ordinem lis agatur, possit percipere Curia sportulas moderatas juxta laboris sui mensuram et negocii qualitatem, hoc proviso quod, si calumpniose adversarius se opponat, ab illo solo sportule exigantur.

Super quinto decimo capitulo idem dominus archiepiscopus silencium imposuit syndicis et universitati predictis.

Super sexto decimo capitulo nichil statuit, cum pendeat ex futuro.

Super sequentibus articulo et capitulis de libertatibus et consuetudinibus civium Lodovensium ab episcopo confirmandis et in formam publicam redigendis, licet ad hoc forsitan de jure stricto non teneretur episcopus, quia tamen cor suadet eidem, volens dominus archiepiscopus inter episcopum memoratum et cives futurarum materiam tollere questionum, statuit et mandavit quod idem episcopus libertates et consuetudines subscriptas confirmet civibus supradictis, de quarum auctoritate et antiquitate eidem domino archiepiscopo constiterit per personas juratas, quarum se fidei super hiis partes concorditer comiserunt.

Invenit siquidem dictus dominus archiepiscopus per easdem personas consuetudinem esse Lodove, quod quelibet persona ibidem habitans in domo propria vel conducta habet medias cupas

de hiis que exhonerantur in domo vel in carreria coram domo habitationis ejusdem propria vel conducta. vel exhonerate si vendantur et mensurentur, de blado scilicet et aliis de quibus cupe accipiuntur Lodove; excipitur tamen totum Episcopus a meridie diei veneris usque ad diem dominicam in mane, tunc enim sine parte hospitis cupe sunt integre dominorum. Et idem est in festo sancti Genesii per tres dies. De hiis ceteris que exhonerantur in auvannis mercati habent domini cupas integras, nisi ille qui exhoneravit hospes sit ejus sub cujus exhoneravit auvanno; tunc enim domini medias cupas habent, et ille cujus est domus alteras medias cupas habet. — Item invenit per personas easdem quod quilibet Lodovam habitans et domum habens ibidem, domum etiam habens licet non inhabitet, liberetur fluminis a leudis et pedagiis in Lodova et terra episcopali, exceptis hiis que a ministralibus Lodove Episcopus accipit et accipere consuevit. — Item invenit per easdem personas quod, cum civis aliquis Lodovam habitans emit ibidem aliquod ab extraneo, totam costumam solvit extraneus, civis nichil. — Item quod habitantes Lodovam, vel ibidem domum habentes licet non habitantes, non debent dare costumam de hiis que vendunt in foro vel grava aut alibi quocumque tempore, exceptis taulagiis que in nundinis sancti Genesii Episcopus percipit et percipere consuevit. — Item invenit esse consuetum Lodove quod extranei inventi Lodove, etiam si ibi nec contraxerint nec deliquerint, tenentur ibidem civi vel quibus de eis conquerentibus respondere. — Item quod Episcopus vel curiales ipsius nulli extraneo debent dare guidagium nec licenciam intrandi civitatem Lodove, qui offenderit in persona civem Lodovensem, sine voluntate civis ejusdem, vel nisi idem offensor, certificato prius offenso, de parendo juri in civitate Lodove sufficientem prestiterit cautionem. — Item quod quilibet Lodovam inhabitans sextayrale et eminale potest habere legitimum ad mensuram sextairalis et emynalis Episcopi, quintale etiam et medium quintale ad pondus quintalis Episcopi; alias autem mensuras minores vel pondera potest habere quilibet quales vult, et cum eis vendere vel emere, nec de earum qualitate vel quantitate consuevit Episcopo vel ejus Curie respondere. Licet autem sic fuerit consuetum, quia tamen materia est magne suspicionis et fraudis incertas habere mensuras, et cum alia mensura emere, cum alia vendere, quod contra Dominum esse noscitur, statuit idem dominus archi-

episcopus et precepit quod, consilio decem virorum legalium civium Lodovensium juratorum, omnes mensure et pondera ad certam et indubitatam formam infra Pascha proximum ad mandatum episcopi redigantur, et sit pondus idem et mensura eadem vendentibus et ementibus. Et si invenerit Curia ex tunc personam aliquam uti falsa mensura, prima vice qua hoc invenerit, mensuram publice frangat et pondus falsum retineat. Qui vero secundo falsum pondus vel falsam mensuram tenere convictus fuerit, a viginti usque ad quinquaginta sólidos melgorienses per Curiam puniatur pro modo excessus et qualitate persone. Qui vero tertio in falso in id improbus, arbitrio Curie judiciali sentencia pecuniariter puniatur. — Item invenit consuetum Lodove quod, si ab extraneo non habente domum Lodove sal afferatur causa vendendi, hospes in cujus domum fuerit sal allatum debet percipere quartam partem costume seu drechure, que est ut de qualibet saumata percipiatur una tercieira. De emina vero salis nichil percipitur, nisi ultra eminam dictam tercieira vel plus esset; tunc enim ipsa tercieira predicto hospiti deberetur. — Item invenit consuetudinem esse quod habitatores Lodove mensuris et ponderibus suis utuntur libere, et possunt eas aliis comodare ad usum quemlibet, preterquam ad res ab aliis venditas mensurandas vel ponderandas. — Item quod nullus civis dicto Episcopo vel etiam Curie obligatus, debet capi propter hoc vel detineri, dum tamen sufficienter paratus sit stare juri. — Item quod locatores domorum possint auctoritate propria inquilinos nolentes solvere pencionem expellere et ostia claudere, rebus illatis et invectis retentis. Quam consuetudinem dictus dominus archiepiscopus observari precepit, si res illate vel invecte ad jus pertineant inquilini. — Item invenit cives Lodovenses liberos esse a tolta et questa et mutuo coacto et a recipiendis hospitibus, nisi velint, exceptis tamen illis civibus qui publicam albergariam tenent, qui poterunt ad hospites recipiendos, sumptibus tamen hospitum eorumdem, compelli. — Item voluit et precepit idem dominus archiepiscopus quod Lodovensis Episcopus vel ejus Curia non prohibeat clam vel palam instrumenta publica fieri super aliquibus negociis licitis, et specialiter super appellacionibus quas ab ejus vel Curie sue sentenciis vel preceptis contigerit interponi. — Item invenit consuetum esse ibidem quod quicumque bona fide emit et publice rem alienam mobilem, licet a male fidei

venditore, non tenetur eam reddere vero domino, nisi precium et expensas refundat emptori, et de bona fide emptoris ejus creditur juramento. Hanc consuetudinem statuit et precepit idem archiepiscopus observari contra locorum illorum dumtaxat homines in quibus consuetudo similis observatur. — Item voluit et mandavit idem dominus archiepiscopus quod, si quis extraneus sive civis domum que ab eodem Episcopo teneatur emere voluerit, jus comune servetur, ut scilicet eam laudet emptori vel sibi retineat infra tempus a jure statutum.— Item voluit et mandavit quod, quando Episcopus bajulum vel judicem de novo constituet, faciat eos jurare publice, hoc est universitate vocata ad parlamentum, vel saltem i n processione publica alicujus diei solempnis, quod jus reddant majoribus et minoribus, extraneis et civibus, odio, gratia et amore postpositis, bona fide, secundum leges et loci consuetudines aprobatas. — Item in capitulo de precone voluit et precepit, sicut consuetum esse observari videtur, quod, si preconizat infra civitatem pro aliquo de civitate, habeat unum denarium; si in barrio, habeat duos denarios; et vice versa, si preconizat in barrio pro habitante in barrio, habeat I denarium; si in civitate, habeat duos denarios. — Item voluit et mandavit quod dictus Episcopus vel ejus Curia non impediat quominus ad arbitratores seu arbitros possint recurrere litigantes in casibus a jure concessis; testes etiam qui fuerint necessarii ad deponendum coram arbitris per eamdem Curiam compellantur, et arbitrorum sentencie in eandem executioni mandentur, prout de jure fuerit faciendum.

Item super articulis aliis seu assercionibus civium suprascriptis, quia de certa consuetudine dicto domino archiepiscopo constari non patuit, statuit et precepit jus in eis commune servari; si que tamen sunt alie consuetudines vel libertates dictis civibus competentes, que premissis non continentur articulis, jus suum dicte universitati salvum remaneat in eisdem. — Item voluit et precepit idem dominus archiepiscopus quod cives Lodovenses ab omnibus juramentis, occasione hujus discordie, inter se initis a tempore mortis domini Guillelmi bone memorie, episcopi Lodovensis, ad requisitionem domini Raimundi, nunc Lodovensis episcopi, mutuo se absolvant; et idem episcopus absolvat eos sine difficultate ab excommunicationum sentenciis, si ex hoc facto in aliqua inciderunt a qua absolvere eos possit. Tallias etiam que sunt a

civibus [imposite] pro sumptibus factis in hoc negocio ab eisdem ad eorum requisitionem distringat seu distringi faciat per suam Curiam bona fide, et eisdem civibus universis et singulis remittat omnem injuriam et offensam et penas, in quas eos incidisse dicebat secundum consilium Tholosanum vel aliud jus quodcumque. — Item retinuit idem dominus archiepiscopus potestatem declarandi que dicta sunt, et supplendi et dandi nova mandata, prout sibi videbitur expedire, et, salvis omnibus supradictis, pacem esse voluit inter partes.

Actum fuit hoc, presentibus domino Raimundo, episcopo Lodovensi, et syndicis supradictis, apud Capudstagnum in palacio domini archiepiscopi xv kalendas aprilis anno Incarnacionis Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, regnante rege Ludovico. Fuerunt testes Raimundus, abbas ecclesie Sancti Affrodisii Biterris, Petrus Vidiani sacrista, Bernardus Guitardi et Raimundus Radulfi, canonici dicte ecclesie Sancti Affrodisii, Berenguarius de Narbona, sacrista Narbonensis, Bernardus Laguxelli, juris civilis professor, frater Firminus, prior domus Predicatorum Bitteris, et frater Bernardus de Rocosello, Predicatorum ordinis, Guillelmus Raïmundi, rector ecclesie Capitisstagni, Raimundus Marchi, dominus legum, Johannes de Sancto Michaele, dominus legum, Ermengavus de Podio, jurisperitus, Raimundus de Crosiis, rector ecclesie de Botenaco, Berenguarius Carta, prior Sancti Affrodisii Bitteris, Bertrandus Arnaldi de Montepessulano, Bernardus Marcialis, mercator de Montepessulano et de Capitestagno, Petrus de Cuciaco, Guillelmus Prelii, Bernardus de Villapicta, jurisperitus, et Petrus de Podiomissone, notarius publicus Capitisstagni, qui mandatus hec omnia scripsit.

(Archives de Lodève, parchemin original).

LIX

Analyse de reconnaissance par Guillem de Parlages à l'évêque Raymond de Rocozels d'usages dans Lodève

1263

Guillelmus de Parlagis et ejus uxor recognoverunt domino Raymundo, Lodovensi episcopo, usatica que habebant infra villam Lodove pro indiviso cum domino G. de Lodova, etc. — M° II° lxiij°.

(Tiré du Liber II Recognitionum de Bernard Gui, f° LXIII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 106 A).

LX

Mention de fondation de la chapelle Notre-Dame de Beaulieu par Guillem Ier de Lodève, et libéralités faites à cet oratoire par les évêques contemporains

1268

Guillelmus de Lodova, fundator et patronus ecclesie seu capelle Beate Marie de Bello Loco, site in stari suo apud Montem Brunum, dotavit illam capellam pluribus bonis, cui venerabiles patres B[ertrandus], olim electus, et Guillelmus, tunc episcopus Lodovensis, medietatem decime ad episcopum Lodovensem pertinentis in parrochia sancti Juliani de Avizacio concesserunt. — Anno mº IIº lxviijº.

(Tiré du Liber I Recognitionum de Bernard Gui, fos CXXXVIII et CXXXIX, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, fo 85 vo D).

LXI

Exemption par Aymeri de Clermont, seigneur de Ceyras, de tout droit de péage pour les habitants de Lodève passant sur ses terres afin d'aller trafiquer à Montpellier

14 SEPTEMBRE 1270

Anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo, domino Philippo rege Francorum regnante, octavo decimo kalendas octobris, hujus publici et autentici instrumenti testimonio et tenore certum, manifestum et indubitabile semper constat cunctis presentibus et futuris quod ego Aymericus de Claromonte, domicellus, dominus castri de Ceiracio, filius et heres nobilis viri domini Aymerici de Claromonte quondam, non coactus, etc., auctoritate et voluntate ac mandato domini Bernardi Rotgerii de Colnacio, militis, curatoris mei testamentarii, prout in ipso testamento dicti domini patris mei quondam per manum magistri Raimundi Acmar, [notarii] publici castri de Pedenacio recepto et confecto continetur, etc. Ego, inquam, dictus Aymericus de Claromonte, per me et omnes heredes ac successores meos, bona fide et absque omni fraude et dolo malo, cum hoc publico instrumento etc., mera liberalitate quam ego et dictus pater meus et antecessores mei habuimus diucius erga civitatem Lodove et

omnes habitatores presentes et preteritos ejusdem, et scio ac comemoro legaliter habuisse, do, dono, laudo, cedo, concedo, remitto gratis donatione pura, simplici et irrevocabili inter vivos, et in privilegium libertatis et affranquimenti penitus derelinquo toti universitati civium Lodovensium, et singulis habitantibus et habitatoribus ejusdem civitatis Lodove et pertinenciarum ejusdem presentibus et futuris, ac eciam omnibus et singulis forateneis seu aliis hominibus et feminis, quicumque, qualescumque sint et undecunque, qui et que aliqua concessione, privilegio, immunitate, franquesia et libertate alia qualibet gaudent nunc seu gaudebunt in futurum ac gaudere debebunt libertatibus, franquesiis et immunitatibus civium Lodovensium de non dandis, non traddendis et non persolvendis pedagiis sive ledis aut exactionibus seu prestationibus aliis quibuscumque, ratione libertatum et franquesiarum civitatis predicte seu civium ejusdem, et vobis Guillelmo Pentrici, Bernardo de Castanherio et Petro Calviaci, civibus Lodove, et specialiter et expresse tibi Raymundo Gaucelini, publico civitatis et diocesis Lodovensis notario, ut publice persone, et cuique vestrorum in solidum pro vobis et nomine dicte universitatis, et pro omnibus et singulis hominibus et feminis habitantibus et non habitantibus ipsius civitatis, forataneis vel non, presentibus et futuris, undecunque sint, qui et que aliquo privilegio, immunitate, franquesia et libertate seu consuetudine gaudent seu gaudebunt in futurum, ibi domum habentibus vel non habentibus, propriam vel conducticiam, ratione compositionis seu diffinitionis olim facte inter dominum Raimundum bone memorie Lodovensem episcopum, ex una parte, et civitatem Lodove, ex altera, per reverendum patrem dominum Guidonem Folqueis, Narbonensem episcopum, seu alia de causa recipientibus et sollempniter stipulantibus, et vice ac nomine eorumdem, videlicet libertatem, affranquimentum seu franqueziam et immunitatem perpetuam non persolvendi, non dandi seu tradendi michi nec successoribus meis neque famulis seu nunciis meis, presentibus et futuris, pedagium seu pedagia, ledam sive ledas, aut quascumque alias exactiones justas vel injustas in et per totum locum seu tenementum nostrum vocatum de Bocaserz, et in et per totum castrum de Sancto Felice, et castrum de Sancto Andrea de Sanguomis, et in et per totum dictum castrum meum de Ceiracio, et in omnibus et singulis aliis locis, villis et castris quibuscum-

que dyocesis Lodovensis predicte, et in eorum terminis et districtibus, ratione seu occasione dicti castri seu forcie de Duabus Virginibus, eundo vel reddeundo de Lodova apud Montempessulanum seu etiam aliunde, ratione seu occasione pedagii castri seu forcie de Duabus Virginibus predicte et aliorum locorum, villarum et castrorum predictorum, in quibus ego et antecessores mei et pariarii dicti pedagii consueverunt habere, exigere et percipere pedagia, ledas seu quaslibet exactiones, ratione personarum seu rerum, a mercatoribus, merceriis, draperiis, sutoribus, coirateriis, varreriis, tinctoriis et aventurereriis seu ab aliis quibuscumque personis universis et singulis dicte civitatis Lodove et etiam omnium aliorum foratarorum, quocunque sint et undecumque habitantes vel non habitantes, habitaturi vel non habitaturi, qui gaudent nunc vel gaudere poterunt in futurum immunitatibus, franquesiis et libertatibus civium predictorum civitatis predicte, pro mercibus, mercaturis, pannis, coriis et quibuslibet aliis rebus et animalibus et ceteris quibuslibet mercaturis, quocumque nomine censeantur; ita quod ex nunc per in perpetuum aliqui de illis, quos continget futuris temporibus, civibus Lodove, habitatoribus vel forataneis predictis non habitatoribus ibi, domum propriam vel conducticiam habentibus, seu etiam habitaturis in futurum, seu etiam quorumcunque de predictis et eorumdem nunciorum et familie, cum suis propriis animalibus aut alienis, ac mercibus seu mercaturis quibuscumque facere [volentibus] transitum aut transvexionem quomodolibet, eundo vel reddeundo seu equitando in et per loca, villas seu castra supradicta, aut etiam emptiones, venditiones, alienationes aliquas facere, seu quoslibet alios contractus seu quasi contractus contrahere seu celebrare quocumque modo, ratione aliqua sive causa, dicta pedagia, leudas, seu pahieragia aut alias quaslibet exactiones michi vel meis successoribus seu nunciis meis qui pro tempore fuerint, aut etiam meo nomine aliis quibuscumque personis prestare et tribuere minime teneantur, ymo sint ex nunc quitti, liberi perpetuo et absoluti; eos omnes et singulos per vos cives et notarium predictos, et per presens instrumentum vicem epistole seu littere continens liberans ex nunc in futurum, etc.

Hec autem omnia et singula supradicta ego Bernardus Rotgerii, miles, et curator predictus, nomine curatorio, ipsi nobili viro Aymerico de Claromonte predicto in hiis omnibus et singulis con-

censsiens et etiam auctorisans, videns et actendens ejusdem honori et utilitati plurifariam expedire, laudo, approbo, concedo, ratifico in perpetuum et confirmo vobis civibus et notario predictis, nominibus quibus supra sollempniter stipulantibus, et sic tenere, servare et complere et nunquam contravenire super sancta Dei evangelia juro corporaliter et promitto.

Acta fuerunt hec et concessa Lodove, et fuerunt testes vocati et rogati in ecclesia Beate Marie de Capella dominus Guillelmus Azemarii, infirmarius Juncellensis, domini Marcialis, Deodatus Cortilhas, Ramundus Oth, Ramundus de Monacabus, Ramundus Fabri, sacerdotes, Ramundus Genesii, clericus, Petrus Molieiras, bajulus de Ceiracio, Durantus Vitalis de Pojolis, Ricardus de Fornes de Vilaconio, Bernardonus de Somonte. Et ego Raymundus Gaucelini, publicus notarius predictus, qui mandato dicti nobilis et trium civium predictorum predicta omnia pro dicta universitate et aliis predictis, ut est dictum supra, stipulatus fui et scripsi et eis interfui et signavi signo meo.

(Archives de Lodève).

LXII

Accord entre le Chapitre et la communauté de Lodève au sujet de la dîme du foin et de l'huile

7 JUIN 1276

Anno dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, domino Philippo rege Francorum regnante, septimo ydus junii, ex testimonio et tenore hujus publici et autentici instrumenti in perpetuum firmiter valituri, certum, manifestum et indubitatum semper existat cunctis presentibus et futuris quod lis, questio et controversia ac contrastus vertebantur seu verti sperabantur inter Capitulum Lodovense pro se, ex una parte, et universitatem civium Lodovensium pro se, ex altera, super decimis feni et ferraginum olim indebite retentis a dictis civibus, ut ex parte dicti Capituli dicebatur, que dicti cives denegabant; et similiter decima olei seu etiam olivarum, quorum omnem decimam dictum Capitulum sibi dari petebat integre in futurum, dicti vero cives in contrarium asserebant. Tandem discretus vir dominus Guillelmus Petri, canonicus et decanus dicti Capituli, nomine ipsius Capituli et ejus mandato expresso, ut asserebat, ex una parte, et

Petrus de Sancto Saturnino, Guillelmus Pentrici, Petrus Peyroneti, Guillelmus Gausberti, Johannes Pentrici, Berengarius Vilardi, Petrus Matfredi, draperius, Michael Boniol et Petrus Gausi, cives Lodovenses, pro se et tota universitate, pro dicta et singulis de eadem, ex alia parte, super dictis litibus, questionibus, petitionibus, controversiis et contrastibus conpromiserunt in discretum virum dominum Pontium de Ponte, judicem Lodovensem, et in Bertrandum Masonhis, civem Lodove, tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, promittentes dicte partes etc., sub pena centum librarum turonensium vel melius.

Et subsequenter anno et die quibus supra, etc., dominus Petrus de Ponte et Bertrandus de Masonhis, arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores predicti, etc., statuerunt, dixerunt et preceperunt ut sequitur.

Attendentes etiam, ut dicebant, sterilitatem territorii civitatis Lodove, que posita est in angusto et habitatoribus deserta fuisset, nisi habitatores ejusdem pre ceteris libertate gauderent, pronunciaverunt ut pax et concordia perpetuo servarentur inter cives et Ecclesiam Lodovensem, ut cives Lodove et habitatores civitatis Lodove donent et dare perpetuo teneantur Capitulo Lodovensi et canonicis ejusdem vicesimam partem feni pro decima, de prima secatura tantum et nichil amplius, omnium pratorum, que nunc sunt vel erunt etiam in futuro in toto territorio supradicto et locis adjacentibus, siccati et collecti in prato, et duodecimam partem ferraginum earum solum quas continget vendi aliis sine fraude; et quod de predictis est usque in hodiernam diem retentum a dictis civibus, ex vi presentis recitationis et diffinitionis voluerunt totaliter esse remissum.

Item voluerunt et preceperunt quod, loco decime olivarum que consuevit recipi a dicto Capitulo in arboribus, vicesima quinta pars olei dicto Capitulo et canonicis ejusdem, sine sumptibus et expensis ipsius Capituli, a civibus et habitatoribus civitatis Lodove sine fraude integraliter persolvatur in molendinis seu aliis locis ubi oleum contigerit elicari. Et, ut omnis fraus in iisdem evitetur, voluerunt et preceperunt quod omnes illi et singuli qui servient molendinis, troliis et torcularibus, in quibus olive trolhantur et oleum elicatur, teneantur annis singulis, antequam incipiant officio uti predicto, decanis dicti Capituli seu bajulo

ejusdem juramentum prestare quod dictam vicesimam quintam partem olei dicto Capitulo integraliter recipiant, nomine dicti Capituli, in absentia nuncii dicti Capituli, ab omnibus et singulis habitatoribus civitatis Lodove qui in eorum molendinis, troliis seu torcularibus moliri suas olivas facient seu etiam torculari, et Capitulo restituant sine sumptibus et expensis ; quod, si predictum juramentum predicti magistri et servientes molendinorum, troliorum et torculariorum predictorum recusarent prestare, dominus Episcopus Lodove et ejus Curia possit et debeat eis precipere et etiam inhibere quod illo anno cum aliquo alio officio non utantur. Item voluerunt et preceperunt quod, si aliquis civium dicat se habuisse olivas a locis de quibus dicto Capitulo seu canonicis decima non debetur, et de hoc suspectus fuerit, decime olei collectori hoc teneatur civis suo juramento firmare, et nichilominus salvum sit jus dicto Capitulo, si contrarium possit probari illius contrarii juramenti.

Item voluerunt et preceperunt quod dictum compromissum et presentem recitationem et diffinitionem, et omnia et singula supradicta dictum Capitulum suo sigillo confirmet, et dicti compromittentes pro universitate faciant et facere teneantur laudare, ratificare, approbare et in perpetuum confirmare, etc. Et incontinenti predicti compromittentes, pro se et nomine illorum quorum nominibus compromiserunt, ratificaverunt, confirmaverunt, etc.

Hec acta fuerunt Lodove in domo Fratrum Minorum Lodove, in presentia et testimonio fratrum Hugonis de Salve, Simonis de Ernico, Guillelmi Fozilha, de ordine Fratrum Minorum, Guillelmi de Cellis, Deodati Fulcranni de Podio.

Et postmodum eodem anno quo supra et die dominica predicta, mane post missam matutinalem dicta universitate civium Lodovensium congregata simul in plano Sancti Genesii et convocata per preconem, ut moris est convocare, lectoque eidem universitati et exposito compromisso et tractatione, pronunciatione et diffinitione supradictis per me notarium infrascriptum, eisdem compromisso, recitationi, pronunciationi et diffinitioni et omnibus et singulis supradictis consensiunt, confirmando, approbando et ratifficando, etc.

Et incontinenti, dictum Capitulum Lodovense ratificavit similiter et confirmavit, etc.

Hujus rei fuerunt testes vocati et rogati Raimundus de Roco-zello, Austrugius de Prohenqueriis, Bermundus de Roqua, domicellus, Albertus Verdelli, clericus, frater Hugo de Salve predictus. Et ego Bertrandus Gaucelini, publicus Lodovensis civitatis notarius et dyocesis, qui de mandato partium predictarum et Capituli ac universitatis et arbitrorum predictorum predicta stipulatus fui et scripsi et signavi signo meo tali.

(Archives de Lodève).

LXIII

Analyse des lettres patentes de Philippe le Hardi confirmant celles de son bisaïeul, qu'il rapporte (1)

1283

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XXIV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 148 v° F'.

LXIV

Analyse de règlement fait par l'Évêque sur la fabrication des draps

1288

Le statut des draps de Lodeve

Plusieurs des habitans de Lodeve remostrent au s[r] Evesque et a sa Court que, a cause des tromperies et mauvaistie de certains drapiers de la ville et fauxbourgs de Lodeve ne faisans les draps comme il apartient à l'art, ce mestier de draperie aultrement fort utille et de grande comodicté a lad. ville et habitans leur estoict inutille. Pour a quoy survenir et donner ordre led. s[r] Evesque et sa Court avecque les principaulx de lad. ville ont ordonné ce que s'en suict.

Et premierement que led. drap de tinture ou meslé, aultrement bigeurré, sera pour chescune piece tissu au penche ou lame dicte entre les artisans de doutze, et les draps blancs et bureaux tissus et ordis à la lame dicte de treitze. Laquelle lame tant des ungs que des aultres aura pour le moings une cane de long, laquelle

(1) Voir document XXXVIII.

doibt estre remplie de fieux, de sorte que les draps de colleur doibvent estre de mille deux cents fieux, et les bureaux et blancs de mille trois cens.

Secondement que les draps [de] teinture ou bigarrés seront de unze canes et demye pour piece, et les bureaux et blancs de doutze canes et demye pour pièce, le tout revennent du molin ou follon.

Tiercement que, appres avoir esté bien et deuement batus et foullés audit molin, ils doibvent peser par piece, assavoir les teintz et meslés cinquante livres pour le moings, et les blancs et bureaux cinquante six, sy d'avanture la laine n'estoict fort fine, pourquoy ils ne peussent tant peser, de quoy lors ils ne seront reprins ni amendables.

Quartement que dans lesdits draps ne sera mise aulcune laine de peaux qu'on met a la chaux, ny de la laine que vulguerement l'on appelle Cottoisse.

En cinquiesme que le merchand des draps et le teisseyrand sont tenus appeler les visiturs et scelleurs des draps de la ville en temps et lieu pour veoir et visiter lesd. draps, lesquels veziteurs seront esleus per chescun an par la Court dud. Evesque.

En sixiesme que ceux qui seront treuvés delinquants en toutes les choses susdites paieront quinze soulz tournois d'amande apliquables assavoir cinq en la Court de l'Evesque et dix aux aumosnes du S[t] Esprit. Toutes lesquelles choses cy dessus s'enten des draps quy ce font pour vendre, et aultrement non.

Cest instrument en datte de l'an mil deux cens huictante huit, du temps de Beranger, evesque de Lodeve.

(Tiré de l'Inventaire de la ville de Lodève de 1591, f° 4 v°).

LXV

Analyse de mandement par Philippe le Bel pour la délimitation entre les sénéchaussées dans le haut Lodevois

23 JUILLET 1292

Philippus mandat senescallis Carcassone et Bellicadri facere limitationes senescaliarum in montanis Lodovensis dyocesis. — Parisius in crastino Magdalene m° II° xcij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XXXII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 150 D).

LXVI

Analyse de réclamations faites par certains habitants au sujet du droit de coupe

1292

Cest instrument en datte de l'an mil deux cens nonante deux, receu par Raymond Raymbaut, contenant comme plusieurs se plaignoient des dernieres coppes, que les scindicz faisoient paier aux merchans de bled forains, et la lumiere, le lict, l'estable et l'escuelle que les hostes leur faisoient paier avecque l'ostallaige faisoient tort tant au s[r] Evesque, quy a ceste occasion en recepvoict moings de revenu de sa couppe ordinaire, que aux pouvres gens de lad. ville, quy a ceste ocasion avoient le bled plus cher. A quoy a esté porveu par le s[r] de Roquesiel, vicaire de l'Evesque, deffendent toutes lesd. chozes n'estre par cy appres leves par lesd. scindicz et université ou communaulté de Lodeve. A quoy ont contredict lesd. scindicz en appellans, d'aultant que la deffence estoict contre la transaction faicte entre ledit s[r] Evesque et lesd. habitans de lad. ville, selon l'advis et sentence de l'archevesque de Narbonne, lad. transaction en datte de l'an mil deux cens soixante ung.

(Tiré de l'Inventaire de la ville de Lodève de 1591, f[o] 14).

LXVII

Accord, à suite d'arbitrage, entre l'évêque Gaucelin de La Garde et les habitants sur la manière d'asseoir les tailles, sur la citation devant la Cour et sur le droit de coupe, dont l'Évêque inféode sa part à la Ville, moyennant une redevance annuelle de 60 livres tournois

10 MARS ET 4 AVRIL 1293; 11 MARS ET 5 MAI 1294

In nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo scilicet sexta ydus marcii, domino Philippo Francorum rege regnante, noscant omnes quod venerabilis in Christo pater dominus Gaucelinus, Dei gratia episcopus Lodove, pro se et suis successoribus, ex una parte, et Johannes Peltrici, Raimundus Gras et Berengarius Vilaconii, syndici universatis hominum Lodove, pro dicta universitate et nomine ipsius

et ut procuratores singulorum, ex altera, compromiserunt in religiosos ac venerabiles viros dominos fratrum Eleazarium de Claromonte, custodem Fratrum Minorum in custodia Montispessulani, et fratrem Bernardum Ferrerii, gardianum Fratrum Minorum Lodove, et in dominum Raimundum Vayreti, sacristam Lodove, tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores super omnibus et singulis questionibus que inter dictum dominum episcopum et dictam universitatem erant seu esse poterant, racione vel occasione illius partis cuparum rerum mensurabilium quam dictus dominus Episcopus percipit seu percipere consuevit seu debet, et etiam illius partis quam homines habitatores Lodove perceperunt et percipere consueverunt, seu ipsa universitas vel alius pro ea, ex translatione seu cessione que in ipsam seu alium recipientem pro ipsa facta fuisse dicebatur, que venduntur et mensurantur seu in futurum vendentur et mensurabuntur; de quibus seu quarum genere per predictos seu aliquem ex eis cupa seu aliqua pars cupe percipi consuevit in civitate Lodove seu in aliis locis, racione ipsius, infra terminum civitatis ejusdem; et ratione vel occasione sportularum mercedis seu remunerationis nunciorum Curie secularis civitatis Lodove pro citationibus, exsecutionibus seu aliis nunciationibus per eos faciendis; et racione vel occasione talliarum seu collectarum faciendarum, imponendarum, levandarum et cohercendarum in homines Lodove, et racione modi et forme faciendi predicta. Promittentes dicte partes ad invicem, sub pena centum marcarum argenti fini dandarum et solvendarum a parte inobediente parti obedienti et obtemperanti, quod quidquid dicti domini arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores super dictis questionibus vel aliqua earum dixerint, statuerint, ordinaverint, seu fuerint arbitrati etc..., et ipse partes tenebunt, servabunt, facient et complebunt per se et suos in perpetuum successores, etc.

Hec acta fuerunt Lodove anno et die predictis in Aula episcopali in presentia et testimonio domini Rotlandi Sarracenici, canonici Brivathensis, domini Guillelmi de Hulmo, presbiteri, domini Guillelmi Galterii, rectoris ecclesie sancte Brigide, Petri Austorgii, domicelli, magistri Bernardi de Aspris, doctoris in medicina, Jacobi Peyroneti, Galterii Broca, Ramundi Malaura, Petri de Sancto Verano, et plurium aliorum, et mei Johannis Capelle, publici notarii Lodovensis infrascripti.

Post hoc, anno et die predictis, existentes nos predicti frater Eleazarius de Claromonte, etc..., arbitri arbitratores seu amicabiles compositores electi a partibus supradictis, visis, auditis et diligenter intellectis petitionibus, etc..., diffinimus, dicimus, siquidem pronunciamus et arbitramur quod, quum cives Lodove volent pro suis negociis facere seu imponere talliam seu collectam in habitatores de Lodova, viginti de melioribus vel magis apparentibus, antequam procedant ad eam talliam faciendam seu etiam imponendam, exponant et exponere debeant Episcopo Lodovensi, qui pro tempore fuerit, vel, eo absente, locum tenenti ipsius seu, illo non existente, ejus vicario Curie Lodovensis causam propter quam talliam ipsam facere volent et quantitatem ipsius. Quo facto, dictus vicarius nominatos a predictis exprimentibus dictam causam vocari faciat, et corporaliter prestare super sancta Dei evangelia juramentum quod talliatores fideliter tallient, et collectores seu levatores fideliter levent ipsam talliam seu collectam, si tamen vera causa et summa competens videatur. Alioquin super veritate dicte cause et nececitate peccunie usque ad summam ab eis expressatam stari et credi debeat juramento quatuor predictorum exponentium dictam causam secundum legalitem et bonam estimationem suam, quos quatuor ipsi viginti de se ipsis duxerint eligendos, et ex tunc nominati ad imponendam dictam talliam et levandam cogi debeant sicut supra. Et quod sic tallie seu collecte fieri possint et debeant in civitate Lodove et ejus suburbiis absque alia difficultate, quociens opus erit, hoc moderamine tamen adhibito quod, si postquam aliqua tallia facta fuerit, et requireretur juxta modum predictum alia facienda, si Episcopus Lodove, vel locum tenens ipsius absentis, seu ejus vicarius in eorum absentia, dubitaverit an precedens tallia vel tallie levate fuerint et expense, quatuor cives ydonei a requirentibus illam talliam fieri debeant presentari, qui jurare debeant et jurent ipsi domino Episcopo vel ejus locum tenenti seu vicario, ut est dictum, se fideliter audituros ratione tallie precedentis, et se fideliter relaturos dicto domino Episcopo seu ejus locum tenenti seu vicario, ut est dictum, an precedens tallia secundum bonam estimacionem ipsorum sit levata et expensa pro et in negociis universitatis predicte, omni fraude rejecta, seu quantum supererit ad levandum seu etiam expendendum. Quibus ante relationem hujusmodi fidelis ratio reddi debeat per illos

quibus tallia ipsa comissa fuit ad levandum, conservandum seu etiam expendendum; et aliter predicti quatuor nec alii collectores vel alii cives invitanti dicto domino Episcopo seu ejus locum tenenti vel vicario, ut est dictum, non teneantur reddere rationem. Et tallie sic facte per Curiam dicti domini Episcopi distringantur ad instantiam predictorum, si de assensu majoris partis dicte universitatis facte fuerint, quod sic esse credatur, nisi infra octo dies viginti de dicta universitate contradicerent seu etiam reclamarent. Quibus reclamantibus, dictus vicarius ad predictorum viginti requisitionem universitatem voce preconis debeat facere convocari pro veritate consensus habiti requirenda.

Super questione vero sportularum mercedis seu remunerationis nunciorum Curie Lodovensis, dicimus, ordinamus et etiam arbitramur quod Curia secularis predicti domini Lodovensis episcopi habeat baculos consuetos, qui in Curia teneantur, cum quibus cives alium seu alios in jus vocare volentes requirant et citent, si in personis propriis baculos ipsos publicos portaverint in apperto, eos quos voluerint in jus vocent, requirant et citent vel bandiant, bandiendo extraneorum bona, prout de jure licet et consuetudine civitatis, pro qua in iis vocatione, requisitione et citatione seu bandimento contra contumacem et inobedientem procedi possit et debeat ac si per nuncios Curie facta esset, dum tamen non revocetur in dubium an sit facta; alias de hujusmodi citatione et etiam bandimento uni testi ydoneo jurato credi debeat, etiam juramento portantis. Ubi autem serviens Curie mitteretur per Curiam ad citandum, habeat unum denarium a faciente citare, cum ipsum coram jus reddente faciet presentari vel voce vel interpretacione; ipsum fecerit contumacem, si etiam propter hoc ostium clauserit ea die, seu etiam insequenti, si per ipsum nuncium steterit quominus claudat ostium prima die. Qui nuncii in sui institutione jurabunt se non aliud exhacturos a civibus Lodovensibus, et quod suum officium fideliter exercebunt.

Super questione vero cuparum, sic duximus ordinandum et etiam arbitrandum, videlicet quod illa pars cuparum quam olim percipere consueverant habitatores Lodove de rebus mensuralibus que in eorum domibus vel eorum auvannis exhonerabantur, vendebantur et mensurabantur, que pars translata extitit sive cessa per singulos de universitate in ipsam universitatem seu alium recipientem pro ea, et eadem pars quam dominus Episcopus

Lodove in cupis rerum mensurabilium que Lodove venduntur, seu pro sestairali percipit et percipere consuevit, et jus percipiendi predicta sint et esse debeant perpetuo in futurum dicte universitatis hominum de Lodova. Quas cupas universitas ipsa levari faciet et servari per tres cives vel habitatores Lodove eligendos singulis annis in processione Ramorum ab his qui presentes fuerint in eadem, juxta modum et formam secundum quos eligi debent custodes sigilli universitatis hominum de Lodova in arbitratu domini Guidonis bone memorie, archiepiscopi Narbone, contentos ; et ii tres electi ad levandum dictas cupas, antequam dictum assumant officium, jurabunt in manus dicti domini Episcopi seu ejus locum tenentis, eo absente, seu vicarii ejus seu, eis absentibus, in manus illius qui in Curia tunc jus reddet se eas seu id quod ratione earum provenerit fideliter conservare pro universitate predicta, et eas expendere sine fraude pro negociis universitatis predicte, si et quum necessitas seu utilitas preminebit, preter causas et negocia que seu quas ipsam universitatem seu aliquem de ea quacumque occasione habere continget contra dominum Episcopum Lodovensem, vel electum confirmatum, vel ejus Curiam, vel contra Capitulum Lodove, vel personas canonicorum ordinariorum, agendo vel deffendendo, simul vel separatim, vel aliter quoquomodo. In quibus negociis sive causis non expendent nec permittent expendi, nisi ad predicta, mutuo dari vel aliquem contractum inire, propter quem dicta universitas vel alius quicumque ad dictas causas vel negocia juvaretur, vel in solvendis aliquibus debitis seu obligationibus occasione hujusmodi contrahendis. Adhicientes quod licet predictis dictas cupas tenentibus et conservantibus facere et tenere sesteiralia et eminalia lapidea et fustea bladi, salis et rusque et aliarum rerum mensurabilium, et domum adquirere competentem ad reponendum et conservandum tantummodo cupas, sigillum, instrumenta et mensuras universitatis predicte, et residuum, si quod fuerit, in peccunia cuparum seu etiam talliarum. Qui ad predictas cupas levandas et conservandas electi prestent etiam juramentum quod non intromittant se de aliis negociis universitatis predicte, nec ad alia dicte universitatis negocia quam predicta suam extendant in aliquo potestatem. Et predicta dicimus, ordinamus et etiam arbitramur, salvo in omnibus jure quod nobilis vir Guiraudus de Lodova et Capitulum Lodove habent in cupis et sestayralibus supradictis ;

salvo etiam jure quod dictus dominus Episcopus Lodovensis seu ejus predecessores adquisiverunt in tresseriis a suis feudatariis, que dicti feudales olim recipiebant de sale vendito et etiam mensurato ; et salvo etiam jure feudalium aliorum quod habent in tresseriis dicti salis ; salvo etiam quod liceat Episcopo et Capitulo Lodovensi et personis Capituli et canonicis vendere blada sua cum sestayrali et eminali ipsorum sine aliqua protestatione atque contradictione cujuscumque ; salvo etiam quod beneficiati Ecclesie Lodovensis possint libere vendere bladum distributionum suarum sine aliqua protestatione cum sestayrali Capituli Lodove ; salvo etiam quod aliquis de familia dicti domini Episcopi ejus tenens officium in civitate Lodove, licet ibi continue non habitet, de blado quod Lodove vendent cum mensura domini Episcopi solvere minime teneatur. Prohibentes expresse nos arbitratores predicti dicte universitati hominum de Lodova et predictis syndicis pro eadem, ne in aliquam personam dictas cupas seu jus percipiendi eas transferant, nec alicui persone submittant sine consensu Episcopi Lodovensis, sed semper sub ejus senhoriam et potestatem consistant. Et quod dictus Episcopus non impediat quominus illi de universitate, qui non concesserunt dictas cupas universitati predicte, eas ei concedant. Ordinantes insuper quod Curia dicti domini Episcopi debeat inquirere contra illos qui super fraudatione cuparum dicte universitatis denunciati fuerint per conservatores vel collectores, seu collectores per dictos conservatores ad colligendum tunc institutos, et super hoc puniat delinquentes.

Item dicimus et determinando pronunciamus et etiam arbitramur quod dicta universitas det et solvat, et dare et solvere teneatur singulis annis in perpetuum pro dictis cupis Episcopo Lodovensi et ejus successoribus sexaginta libras turonenses vel monete currentis per hos terminos, scilicet in festo sancti Egidii triginta libras et in die Carnisprivii alias triginta libras, pro quibus in suis terminis non solvendis dicte cupe non possint cadere in comissum, nec pro aliquo alio casu quam in tantum dicta universitas vel major pars ejus delinqueret, propter quod bona dicte universitatis confiscari deberent. — Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod pene, si que usque hodie comisse fuerint per dictam universitatem seu singulos de ea, ratione prohibitionis generalis a predecessoribus suis facte et per singulos non

servate, seu etiam translationis vel cessionis super eis facte vel administrationis earum, penitus sint remisse, et nos eas remittimus de presenti ex arbitraria potestate. Et si aliquid de dictis cupis fraudulenter per cives habitum fuerit seu retentum, similiter sit remissum. — Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod predictus dominus Episcopus a Capitulo Lodovensi, et dicti syndici ab universitate predicta laudari faciant omnia universa et singula supradicta et etiam infrascripta. — Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod, propter factum singularium personarum nec tenerent officia universitatis predicte et contra predicta venirent in officio quod tenerent, Episcopo vel per Episcopum personis singularibus faciendis pena compromissi hujusmodi minime committatur, nec etiam propter deffectum seu cessationem dictarum solutionum ; si non fierent sua die seu in aliqua de dictis solutionibus cessaretur, liceat Episcopo Lodove post octo dies, per se vel per alium, ad manum suam ponere dictas cupas et sestayralia, et eas et quicquid earum occasione proveniet levare et percipere et suas facere, ita quod in sortem vel in pactam minime computentur, sed eo casu cedantur ei loco et vice pene hujusmodi compromissi quantum ad hunc articulum, donec sibi satisfactum esset in tota illa summa seu summis, quantitate seu quantitatibus, cujus seu quorum termini seu terminus advenissent. Appellatione autem cuparum volumus et intelligimus dresserias comprehendi, salvis illis que supra Episcopo et feudalibus sunt retente.

Retinemus tamen nobis potestatem declarandi et interpretandi prout nobis tribus videbitur vel duobus ex nobis faciendum, si que fuerint declaranda et interpretanda, hinc ad octabas instantis festi Pasche Domini. Predicta autem omnia universa et singula volumus et precipimus observari sub pena, cum temperamento predicto, in dicto compromisso contenta a partibus supradictis.

Que omnia universa et singula incontinenti dictus dominus episcopus, pro se et suis successoribus, et dicti syndici, pro se et nomine dicte universitatis et pro ea, emologarunt, approbarunt, ratificarunt et etiam confirmarunt.

Hec acta fuerunt Lodove in dicta Aula episcopali, anno et die predictis proxime, in presentia et testimonio domini Bertrandi de Subertio, militis, domini pro parte castri de Subertio, dominorum Guillelmi de Rocosello, Bernardi de Monte Acuto, Arnaldi

de Sericata, Guillelmi de Aniano, canonicorum Lodovensium, dominorum Bertrandi Gontardi, rectoris ecclesie sancti Petri de Lodova, Guillelmi Galterii, rectoris ecclesie sancte Brigide, Deodati Petri, rectoris ecclesie sancti Michaelis de Podio Albaygue, canonici Lodove, domini Rotlandi Sarracenici, canonici Brivathensis, domini Guillelmi de Hulmo, presbiteri, domini Bartholomei Bastarii, judicis Curie Lodove, domini Ramundi de Rocosello, domicelli, domini pro parte castri de Foderia, vicarii Lodove, magistri Bernardi de Aspris, phisici, Jacobi Peironeti, Galterii Broca, Bernardi Benedicti, Petri Frumenti, Petri Grassi, Petri de Sancto Verano, Ramundi Malaura de Lodova et plurium aliorum, et mei dicti Johannis Capelli, publici notarii infrascripti.

Post hec, anno quo supra, quinto ydus marcii, nos dicti arbitratores, arbitri seu amicabiles compositores, in presentia domini episcopi et syndicorum predictorum, dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod, si baculi supradicti non inveniantur in Curia seculari Lodove, ipsi qui aliquem vel aliquos de civibus Lodovensibus et habitatoribus Lodove eos peterent ad citandum vel etiam bandiendum, nec duo baculi vel plures pro simili causa aliis de civibus seu habitatoribus Lodove traditi fuerint, ipsa die servientes Curie citare et bandire teneantur et debeant ad requisitionem eorum in civitate et suburbiis Lodove absque exactione denarii sine calumpnia sive mora. — Item dicimus et etiam arbitramur quod pro labore servientium Curie supradicte, cum talliam generalem impositam ab ipsis civibus in civitate et suburbiis Lodove distringent nuncii supradicti, que una solucione erit a singulis facienda, collectores dicte tallie dent et dare teneantur dictis servientibus decem solidos inter ipsos servientes, prout inter se convenerint, dividendos; si vero aliqua tallia generalis ita imposita fuerit, quod a singulis civibus et habitatoribus Lodove per diversos terminos exsolvatur, tunc in dicto casu detur dictis servientibus pro tota tallia distringenda ultra dictos decem solidos, si plus laboraverint pro districtione diversarum solutionum quam unius, tantum quantum judex Curie sua legalitate estimaverit esse dandum.

Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod, quum in processione Ramorum, in qua conservatores cuparum debent eligi, ut est dictum, dominum Episcopum Lodove vel locum ipsius absentis tenentem abesse continget, conservatores et collector

seu collectores prius creati in suo officio remaneant usque in proxima processione tunc sequenti, in qua presens fuerit dictus dominus Episcopus vel tenens locum ipsius absentis; [et tunc], juxta modum et formam suprascriptos substituantur et substitui debeant alii in officio supradicto.—Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod collector seu collectores qui instituentur, juramentum prestent et prestare teneantur, antequam aliquid colligant vel attingant, in manus domini Episcopi Lodove, vel locum tenentis ipsius absentis, vel vicarii Curie Lodove in eorum absentia, quod fideliter colligent dictas cupas et integraliter reddent conservatoribus earumdem, et fraudem, si qua fieret per aliquos circa cupas habendas vel etiam expendendas, Curie Lodove domini Lodovensis Episcopi revelabunt, ad quam revelationem singulos de universitate fraudem scientes esse volumus obligatos.

Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod liceat universitati Lodove locum ad porticum faciendum sufficientem adquirere, contiguum domui quam facient et habebunt ad predicta conservanda, et ad reponenda etiam pignora pro talliis universitatis accepta et res alias, si quas juste dictam universitatem habere continget; prohibentes expresse quod in dicta domo consilia universitatis et congregationes non fiant nec fieri debeant sine voluntate et consilio Episcopi Lodovensis; in quo porticu possit universitas vel alii pro ea constituti, ut dictum est, habere et tenere sestairalia et eminalia lapidea et lignea et alias mensuras, et sal et bladum, ruscam et alia mensurabilia mensurare. Predicta autem omnia universa et singula precipimus a partibus predictis observari et emologari et confirmari sub pena, cum temperamento predicto, in dicto compromisso contenta.

Que omnia incontinenti dictus dominus episcopus, pro se et suis successoribus, et dicti syndici pro se et nomine dicte universitatis et pro ea, emologarunt, ratificarunt, approbarunt et etiam confirmarunt. Hec acta fuerunt anno et die predictis proxime Lodove in cappella episcopali in presentia et testimonio dicti domini Rotlandi Sarracenici, canonici Brivathensis, dicti domini Deodati Petri, rectoris ecclesie sancti Michaelis de Podio, canonici Lodovensis, domini Guillelmi de Hulmo, presbiteri, et mei dicti Johannis Capelli, publici notarii Lodovensis infrascripti.

Post hec, anno Incarnacionis Domini millesimo ducentesimo

nonagesimo tertio, scilicet pridie nonas aprilis, dicto domino Philippo rege Francorum regnante, noscant omnes quod nos dicti fratres Bernardus Ferrerii, gardianus Fratrum Minorum de Lodova, et Ramundus Vaireti, sacrista Lodove, potestate nobis retenta in arbitrio supradicto olim per nos et dictum fratrem Eleazarium de Claromonte, custodem Fratrum Minorum dicte custodie Montispessulani, prolato, virtute dicti compromissi in nos facti per reverendum patrem predictum dominum Gaucelinum, Dei gratia episcopum Lodove, ex una parte, et dictos Johannem Peltrici, Ramundum Grassi et Berengarium Vilacunii, syndicos predicte universitatis hominum de Lodova, confecti per manum dicti Johannis Capelli, notarii publici Lodovensis, ex altera, volentes dictum arbitrium declarare et interpretari, verba declarationis et interpretationis in clausulis dicti arbitrii apposuimus, ut clarius et melius ejus sententia et nostra intentio valeat a legentibus comprehendi, et obscura et dubia que nobis videbantur tenebras facere substraximus et addiccimus luminosa, et sic reparando dictum arbitrium cum declarationibus et pronunciationibus olim per nos supra factis, obmittendo substantiam declaratam pronunciamus et addita in hunc modum:

Nos predicti fratres Eleazarius de Claromonte, etc. pronunciamus et arbitramur quod, quando cives Lodove volent pro suis negociis facere seu imponere talliam seu collectam in civitate, suburbiis et pertinenciis de Lodova, viginti de melioribus vel magis apparentibus, licet aliqui alii forsan tantum apparentes de civibus tunc non existerent inter illos, antequam procedant ad eam talliam faciendam seu etiam imponendam, exponant et exponere debeant domino Episcopo Lodovensi, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, vel, eo absente, illi qui publice in civitate Lodove locum ejus tenebit vel, sede vacante, procuratoribus episcopatus vel, eis absentibus, vicario seu bajulo Curie Lodove, causam propter quam talliam ipsam facere volent et quantitatem ipsius. Quo facto, dictus dominus Episcopus vel locum ejus tenens vel, sede vacante, procuratores episcopatus vel vicarius Curie Lodove, ut supra, de se vel aliis, ad talliandum cives et levandum talliam, a predictis exponentibus dictam causam pro dicta tallia facienda notari faciat, et corporaliter prestare super sancta Dei evangelia juramentum quod dicti talliatores fideliter tallient, et collectores predicti nominati seu levatores levent

ipsam talliam seu collectam, si tamen causa vera et summa competens videatur ; alioquin super veritate dicte cause et quantitate peccunie usque ad summam ab eis expressatam stari et credi debeat juramento quatuor predictorum exponentium dictam causam secundum legalitatem et bonam estimationem suam. Quos quatuor de ipsis viginti dictus dominus Episcopus, vel ille qui publice in civitate Lodove locum ejus tenebit, vel procuratores episcopatus, sede vacante, vel vicarius Curie Lodove duxerint eligendos, quorum quatuor juramentum et dictum recipiatur incontinenti in presentia predictorum. Et ex tunc nominati ad imponendam dictam talliam et levandam cogi debeant, sicut supra, et quod sic tallie seu collecte fieri possint et debeant in civitate Lodove et ejus suburbiis et pertinenciis absque alia difficultate et impedimento domini Episcopi vel sue Curie Lodovensis in posterum, cotiens opus erit ; hoc moderamine tamen adhibito quod, si, postquam aliqua tallia facta fuerit et requiretur supra modum predictum alia facienda, Episcopus Lodove vel ille qui publice in civitate Lodove locum tenebit seu ejus vicarius in eorum absentia vel, sede vacante, procuratores episcopatus dubitaverint an precedens tallia vel tallie levate fuerint et expense, quatuor cives ydonei a requirentibus illam talliam fieri debeant presentari, qui jurare debeant et jurent ipsi domino Episcopo vel ejus locum tenenti seu vicario, ut est dictum, se fideliter audituros rationem tallie precedentis et se fideliter relaturos dicto domino Episcopo seu ejus locum tenenti publice in civitate Lodove seu vicario, ut est dictum, vel, sede vacante, procuratoribus episcopatus an precedens tallia secundum bonam estimationem ipsorum quatuor sit levata et expensa pro et in negociis universitatis predicte, omni fraude rejecta, seu quantum superit ad levandum seu etiam expendendum. Quibus ante relationem hujusmodi fidelis ratio reddi debeat, et ad hoc, si opus est, Curia eos compellere debeat per illos quibus tallia ipsa precedens comissa fuerit ad levandum, servandum seu etiam expendendum, et aliter nec, ut dictum est, predicti quatuor nec alii collectores vel alii cives minutatim dicto domino Episcopo seu ejus locum tenenti vel vicario Curie Lodove, ut est dictum, vel, sede vacante, procuratoribus episcopatus non teneantur nec compellantur de ipsis talliis reddere rationem. Et, si quod residuum fuerit tempore secunde tallie de precedente vel precedentibus tallia vel

talliis, una vel pluribus, illud residuum in summa faciende tallie proxime computent, et tallie sic facte per Curiam dicti domini Episcopi distringantur, et ejus Curia distringere teneatur ad instanciam predictorum sive levatorum, si de assensu duarum partium dicte universitatis facte fuerint, quod sic esse credatur, nisi infra octo dies a die publicationis tallie seu levationis publice computandos ducenti de dicta universitate contradicerent seu etiam reclamarent, de qua reclamatione dictis viginti per vicarium nuncietur. Quibus reclamantibus, dictus vicarius seu dominus Episcopus Lodove vel ille qui publice in civitate Lodove locum ejus tenebit vel, sede vacante, procuratores episcopatus, ad predictorum viginti requisitionem, universitatem voce preconia debeat et teneatur facere convocari pro veritate consensus habiti inquirenda.

Super questione vero sportularum mercedis seu remunerationis nunciorum seu correriorum juratorum Curie Lodove, dicimus, ordinamus et etiam arbitramur quod Curia secularis predicti domini Episcopi Lodove habeat tres vel plures baculos, qui in Curia teneantur, cum quibus cives vel habitatores Lodove alium seu alios in jus vocare volentes requirant et citent, si in personis propriis agentes suo nomine vel procuratorio vel qui pro alio de jure agendo fuerit admittendus; si procurator vel ille qui de jure fuerit admittendus causam principaliter prosequatur, baculos ipsos publice in apperto portaverint, eos quos voluerint in jus vocent, citent vel bandiant bandienda extraneorum bona, prout de jure licet vel usu de consuetudine civitatis vel Curie supradicte, et siquidem citationi sic facte obtemperetur, ac si per nuncium Curie esset facta, et pro qua in jus vocatione, requisitione et citatione seu bandimento contra contumacem et inobedientem procedi possit et debeat ac si per nuncios Curie facta esset, dum tamen non revocetur in dubium an sit facta. Alias de hujusmodi citatione et etiam bandimento uni testi jurato credi debeat cum juramento portantis. Ubi autem correrius Curie mittetur Lodove et suburbiis Lodove per Curiam ad citandum unum ad instanciam sive plurium vel unius, vel plures in eadem domo inventos, simul habeat unum denarium a faciente citari, cum ipsum coram jus reddente fecerit presentari vel vere vel interpretative; ipsum fecerit contumacem, si etiam propter hoc ostium clauserit ea die seu etiam insequenti, si per ipsum nuncium steterit quominus claudat

ostium prima die; verum ubi serviens Curie mittetur pro exsecutione solutionis seu alterius cause preter predictas proxime ad distringendum, pignorando vel claudendo, vel ad bandiendum vel ad claudendum pro pignoratione seu clausura seu bandimento, cum fecerit cum effectu, habeat unum denarium ab illo ad cujus instantiam exsequetur predicta vel aliqua de predictis. Qui nuncii in sui institutione jurabunt se aliud non exhacturos occasione citationis, pignorationis, clausionis vel banditionis predictarum a civibus Lodovensibus, et quod suum officium fideliter exercebunt; et ad hec etiam servanda vicarius Curie Lodove vel in ea jus reddens pro domino Episcopo dictos nuncios compelleret, quocumque fuerit requisitus.

Super questiones vero cuparum sic ducimus ordinandum et etiam arbitrandum, videlicet quod illa medietas cuparum quam olim percipere consueverant habitatores Lodove de rebus mensurabilibus qui in eorum domibus vel eorum auvannis exhonerabantur, vendebantur et mensurabantur, exceptis hiis que vendebantur a meridie die veneris usque ad dominicam mane et in nundinis sancti Genesii, que pars translata extitit sive cessa per singulos de universitate in ipsam universitatem seu alium recipientem pro ea, et etiam pars quam dominus Episcopus in cupis rerum mensurabilium que Lodove venduntur seu pro Sestayrali percipit et percipere consuevit, et jus percipiendi predictam, et quidquid juris in cupis ab aliquibus habitatoribus Lodove idem dominus Episcopus adquisivit, sit et esse debeat perpetuo in posterum dicte universitatis hominum de Lodova. Quas cupas universitas ipsa custodiri faciet et servari per tres cives et habitatores Lodove quos voluerit, ad hoc solum eligendos singulis annis in processione Ramorum post sermonem ab uno ex civibus presentibus in iis qui fuerint in eadem processione et consencientibus, quod, nisi contradixerint, presumatur. Qui tres electi ad custodiendum et servandum dictas cupas, antequam dictum assumant officium, jurabunt in manus dicti domini Episcopi seu, eo absente, illius qui publice in civitate Lodove locum ejus tenebit, seu procuratoris episcopatus, sede vacante, se eas seu id quod racione earum provenerit fideliter custodire et servare pro universitate predicta, et eas expendere sine fraude pro negocio seu negociis universitatis predicte, si et quum necessitas seu utilitas iminebit, preter causas et negocia que seu quas ipsam universitatem, seu aliquem

de ea, quacumque occasione habere continget contra dominum Episcopum Lodove vel electum confirmatum, vel ejus Curiam, vel contra Capitulum Lodove vel personas canonicorum ordinariorum, agendo vel deffendendo, simul vel separatim, vel aliter quoquomodo. In quibus negociis sive causis non expendent nec permittent expendi nec ad predicta mutuo dari vel aliquem contractum inhire, propter quem dicta universitas vel alius quicumque ad dictas causas vel negocia juvaretur, vel in solvendis aliquibus debitis seu obligationibus occasione hujusmodi tunc contractis vel etiam contrahendis; adjicientes quod liceat predictis dictas cupas tenentibus, custodientibus et servantibus, et pro ipsis universitati predicte facere et tenere sestairalia lapidea et fustea, et eminalia bladi, salis et rusque et aliarum rerum mensurabilium, et domum racione predictorum adquirere competentem ad reponendum et servandum tantummodo cupas, bladum, sal, rusquam et alia a dictis cupis percepta, sigillum, instrumenta et mensuras universitatis predicte et residuum, si quid fuerit, in pecunia cuparum seu etiam talliarum. Qui ad predictas cupas levandas et servandas electi prestent etiam juramentum quod non intromittant se de aliis universitatis predicte negociis, nec ad alia universitatis negocia quam predicta suam extendant in aliquo potestatem, illius occasione seu colore. Et predicta dicimus et ordinamus et etiam arbitramur, salvo in omnibus jure quod nobilis vir Guiraudus de Lodova et Capitulum Lodove habent in cupis et sestayralibus supradictis ; salvo etiam jure quod dictus dominus Episcopus seu ejus predecessores adquisiverunt in terceriis a suis feudatariis, que dicti feudales olim recipiebant de sale vendito et etiam mensurato ; et salvo etiam jure feudalium aliorum, quod habent in terceriis dicti salis ; salvo etiam quod liceat Episcopo et Capitulo Lodovensi et personis Capituli et canonicis vendere blada sua cum sestayrali et eminali ipsorum vendentium, et beneficiatis Ecclesie Lodovensis bladum distributionum suarum sine aliqua protestatione cum sestayrali Capituli Lodove ; salvo etiam quod aliquis de familia dicti domini Episcopi de blado suo vel aliis mensurabilibus suis, que sua erunt absque negociatione, que Lodove vendent cum mensura domini Episcopi, cupas solvere minime teneatur ; salvo etiam jure eorum qui nunc sunt vel pro tempore erunt de familia dicti domini Episcopi, et beneficiatorum Ecclesie Lodovensis, quod eis competit vel com-

petet racione libertatum Lodove. Prohibentes nos arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores predicti dicte universitati hominum de Lodova et predictis syndicis pro eadem, ne in aliqua persona dictas cupas seu jus percipiendi eas transferant, nec ad tempus fructus earum locando, vendendo, vel impignorando ad tempus nec de jure licebit, nec alicui persone submittant sine consensu Episcopi Lodove vel procuratorum episcopatus, sede vacante, set semper sub ejus senhorivo et districtu consistant, absque aliqua alia submissione feudali illius partis cuparum quam olim habitatores Lodove consueverunt percipere et habere; set pars cuparum condam domini Episcopi feudalis existet. Quam custodes et servatores cuparum recognoscent nomine universitatis tenere in feudum ab Episcopo Lodove et pro ea eidem juramentum fidelitatis prestabunt semel, mutato episcopo, requisiti. Et quod dictus dominus Episcopus non impediat quominus illi de universitate predicta, qui non concesserunt dictas cupas, eas ei concedant et concedere possint in posterum, sibi adquirendo vel alias impedimentum prestando. Ordinantes et precipientes insuper quod Curia dicti domini Episcopi debeat inquirere contra illos qui super fraudatione cuparum dicte universitatis denunciati fuerint per custodem et servatorem vel alios per collectorem seu collectores predictos servatores ad colligendum tum institutos, et super hoc puniat delinquentes. Quam constitutionem collectorum liceat per se custodibus vel servatoribus facere quotiens eis videbitur faciendum.

Item dicimus, ordinamus et etiam arbitramur quod dicta universitas det et solvat, et dare et solvere teneatur annis singulis in perpetuum pro dictis cupis Episcopo Lodove, qui nunc est, et ejus successoribus sexaginta libras turonenses vel monete currentis per hos terminos, scilicet in festo sancti Egidii triginta libras, et in die Carnisprivii alias triginta libras; et super omnibus dictis cupis et jure earum habeat dictus dominus Episcopus dictas peccunie summas, pro quibus in suis terminis non solvendis dicte cupe non possint cadere in comissum, nec pro aliquo alio casu quam in tantum dicta universitas vel major pars ejus delinqueret, propter quod bona dicte universitatis confiscari deberent.— Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod pene, si que usque hodie comisse fuerint per dictam universitatem seu singulos de ea, ratione prohibitionis generalis a predecessoribus domini

Episcopi Lodove facte et per singulos non servate, seu etiam translationis vel cessionis super eis facte cuparum vel administrationis earum, penitus sint remisse, et nos eas remittimus de presenti ex arbitraria potestate. Et si aliquid de dictis cupis fraudulenter per cives habitum fuerit seu retentum, similiter sit remissum. — Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod, propter actum faciendum vel obmittendum singularium personarum dicte universitatis nec tenerent officia universitatis predicte, et contra predicta venirent in officio quod tenerent, ab universitate Episcopo nec, propter actum faciendum vel obmittendum Episcopi vel curialium ejus, contra singulares personas de Lodove universitate ab Episcopo pena compromissi hujusmodi minime comittatur; nec etiam propter deffectum seu cessationem dictarum solutionum, si non fierent sua die, comittatur pena hujusmodi compromissi. Si tamen in aliqua de dictis solutionibus cessaretur, liceat Episcopo Lodove post octo dies per se vel per alium ad manum suam ponere fructus dictarum cuparum et Sestayralis, et eas et quidquid earum occasione proveniet levare et percipere et suas facere per illum qui pro dicta universitate primitus mensurabat et colligebat. Ea tamen, que tempore dicte cessationis colliget, ponat ad partem de hiis Episcopo responsurus, ita quod in sortem vel in pactam minime computentur, set eo casu cedantur eidem Episcopo, loco et vice pene hujusmodi compromissi quantum ad hunc articulum, donec sibi satisfactum esset in tota illa summa seu summis, quantitate seu quantitatibus, cujus seu quorum terminus seu termini advenissent. Appellatione autem cuparum volumus et intelligimus trecerias comprehendi, salvis illis que supra Episcopo et Capitulo et feudalibus sunt retente.

Item dicimus, pronunciamus et arbitramur quod, si baculi supradicti non inveniantur in Curia seculari Lodove tempore quo aliqui seu aliquis de civibus Lodovensibus et habitatoribus Lodove peterent eos ad citandum vel etiam bandiendum, predicti servientes Curie citare et bandire teneantur et debeant ad requisitionem eorum in civitate et suburbiis Lodove, absque exhactione denarii sine calumpnia sive mora. Nec duo vel tres baculi vel plures pro simili causa aliis de civibus seu habitatoribus Lodove traditi fuerunt et nondum Curie restituti ipsa die, quos baculos restitui, facta citatione, Curie volumus ab illis qui eos

portaverint; quod nisi facerent, gravamen illatum propter hoc aliis concivibus dampnum passis servientibus de labore dando denarium pro exsecutione que sequitur solvere teneantur, ad quod dictos nuncios predicta Curia compellere teneatur. — Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod pro labore servientium Curie supradicte, cum talliam generalem impositam ab ipsis civibus in civitate et suburbiis Lodove distringent nuncii supradicti, que una solutione absque dilationibus separatim in modo impositionis tallie concessis solventibus vel etiam concedendis erit a singulis facienda, quam distringi dictus dominus Episcopus vel ejus Curia teneatur facere, ut est dictum, collectores dicte tallie dent et dare teneantur dictis servientibus pro hujusmodi districtione decem solidos inter ipsos servientes, prout inter se convenerint, dividendos. Si vero aliqua tallia generalis imposita fuerit, que a singulis civibus et habitatoribus Lodove per diversos terminos exsolvatur juxta modum tallie impositum vel etiam imponendum, tunc in dicto casu detur dictis servientibus pro illa tallia distringenda ultra dictos decem solidos, si plus laboraverint pro districtione diversarum solutionum quam unius, ut dictum est, vel etiam quotiens pro talliis distringendis opportebit eos Lodova exire, tantum quantum judex Curie sua legalitate estimaverit esse dandum.

Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod, quum in processione Ramorum, in qua custodes vel servatores cuparum debent eligi, ut est dictum, dominum Episcopum Lodove vel illum qui publice in civitate Lodove locum ejus tenebit abesse continget, custodes seu servatores cuparum prius creati in suo officio remaneant usque in proxima tunc sequenti festivitate sollempni, in qua presens fuerit dictus dominus Episcopus vel ille qui publice in civitate Lodove locum ejus tenebit, in qua tunc juxta modum et formam suprascriptas post sermonem eligantur seu presententur et substituantur alii, et substitui debeant ab uno ex civibus seu habitatoribus Lodove in presentia aliorum, qui in processione fuerint, modo predicto in officio supradicto. Quas festivitates intelligimus Pasche, Penthecostes et Nativitatis Domini. — Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod collector seu collectores qui instituentur per custodes vel servatores, juramentum prestent et prestare teneantur, antequam aliquid colligant vel attingant, in manus dominiEpiscopi vel vica-

rii Curie Lodove, quod fideliter colligent dictas cupas et integraliter reddent servatoribus earumdem vel, in suo [nomine], Episcopo Lodove, et fraudem, si qua fieret per aliquos circa cupas habendas, prestandas, servandas, percipiendas vel etiam expendendas, Curie Lodove domini Lodovensis Episcopi revelabunt.

Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod liceat universitati predicte locum ad porticum faciendum sufficientem adquirere contiguum, si voluerint, vel non contiguum domui quam facient et habebunt ad predicta conservanda et habenda, et ad reponendum etiam pignora pro talliis universitatis accepta et res alias, si quas juste dictam universitatem habere continget, sub se vel quocumque feudatario seu juridictione dicti domini Episcopi, quam domum et locum et porticum dicte universitati concedere et laudare dictus Episcopus teneatur cum laudimio, et retento sibi usatico consueto. Necnon etiam quod dictus dominus Episcopus dominos locorum seu domorum que seu quas dicti cives ad hoc aptas elegerint ad vendendum ratione publice utilitatis compellere teneatur, justo modo seu, prout de jure fuerit faciendum, justo pretio eis dato. Pro mortificatione autem rei feudatarie sue ad domum et porticum facienda predicta nichil exhigat dominus Episcopus Lodove. Prohibentes expresse quod in dicta domo sic concessa consilia universitatis predicte vel congregationes non fiant nec fieri debeant sine voluntate et consilio domini Episcopi Lodovensis. In quo porticu possit dicta universitas vel alii pro ea constituti, ut dictum est, habere et tenere sestayralia et eminalia lapidea et lignea et alias mensuras, et sal, bladum, ruscam, et alia mensurabilia mensurare, si voluerint, et tenere.

Item dicimus, volumus, pronunciamus et etiam arbitramur, ordinamus et diffinimus, auctoritate et potestate qua supra, quod per ea que supra continentur, et sunt diffinita et ordinata a nobis, seu aliquid vel aliqua de eisdem non infringatur, revocetur seu infirmetur in partem vel in totum aliquid quod in compositione seu ordinatione olim facta per reverendum patrem dominum Guidonem Folcuoys, tunc archiepiscopum Narbonensem, inter Episcopum et Ecclesiam Lodove, ex una parte, et cives Lodove, ex altera, continetur tacite et expresse in aliis capitulis dicte compositionis, preterquam in capitulis in presenti compositione

contentis, ymo ipsa compositio seu ordinatio in suo semper robore perseveret.

Item dicimus, pronunciamus et etiam arbitramur quod tres ad servandum et custodiendum dictas cupas electi, vel duo vel unus ex eis, aliis mortuis vel in remotis agentibus, et nominati ad tallias faciendas et levandas et earum rationes audiendas et domino Episcopo Lodove refferendas, ut est dictum, post juramentum, ut dictum est, prestatum vel sufficienter oblatum, nisi manifesto deflectu et notabili vicio notati existerent, in illis officiis ad que nominati extiterint administrent, nichilominus tamen in dictis officiis ministrantes per tres vices diversis diebus teneantur offerre domino Episcopo Lodove vel illi qui in civitate Lodove publice locum ejus tenebit, ut dictum est, se paratos prestare juramentum ad quod juxta predicta teneantur, et prestare semel cum dominus Episcopus Lodove vel ille qui in civitate Lodove publice locum ejus tenebit voluerit acceptare.

Et hec omnia et singula supradicta tantummodo servari volumus et precipimus a partibus in et super articulis supradictis ut jus et statuta municipalia in Lodova et ejus pertinenciis et districtu, sub pena cum temperamento in dicto compromisso contenta. — Item dicimus, precipimus et etiam arbitramur quod predicta omnia dictus dominus Episcopus faciat emologari a Capitulo Lodove, et dicti syndici ab universitate predicta.

Que omnia incontinenti dicte partes emologaverunt et approbaverunt et voluerunt habere perpetuam roboris firmitatem, ac si in dicto arbitrio tempore prolationis essent expressa per ipsos tres arbitratores predictos et super eis speciale compromissum.

Hec acta fuerunt apud Laurosium, in presentia et testimonio fratris Guillelmi Asseti de ordine Fratrum Minorum, domini Rotlandi Sarracenici, canonici Brivathensis, domini Bertrandi Gontardi, rectoris ecclesie sancti Petri de Lodova, domini Guillelmi de Hulmo rectoris ecclesie sancti Geraldi, Benedicti Aurioli, Petri de Parisius, domicelli, magistri Alberti Vincentii, jurisperiti, et mei dicti Johannis Capelli, publici notarii Lodovensis, qui hiis omnibus interfui et mandatus ea scripsi et rogatus a partibus supradictis.

Post hoc, anno quo supra proxime, tercio nonarum madii, nos Capitulum Lodovense, scilicet Ehctor, archidiaconus, Raimundus, sacrista, Johannes, precentor, Guillelmus de Rocosello, Jacobus

Ermengaudi, Augerius de Affaniano, Guillelmus de Valhauquesio, Johannes Azalsacii, Petrus Begonis, Bernardus de Monte Acuto, Arnaldus de Cericata, canonici Lodovenses, existentes in solerio ubi consuetum est negocia dicti Capituli pertractari, et congregati et coadunati in capitulo generali, cerciorati super predictis, predicta omnia emologamus, approbamus, laudamus et etiam confirmamus, presente et volente domino episcopo supradicto, in presentia et testimonio domini Johannis Mata, presbiteri, magistri Ferrandi Petri, notarii Lodove, Berengarii Austorelli, Johannis Azemarii, clericorum, Petri Pojolis, Deodati Bernardi, et mei dicti Johannis Capelli, publici notarii Lodovensis, qui predictis interfui et mandatus a dictis dominis hoc scripsi et sequenti signo meo signavi.

(Archives de Lodève, parchemin original).

LXVIII

Choix d'une maison pour le Sestayral et accord entre la Ville et Guiraud de Lodève, seigneur de Fontès, au sujet du droit de coupe

15 JUILLET 1298

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, domino Philipo rege Francorum regnante, scilicet idus julii, noscant omnes quod, cum fuerit questio et discordia et contrastus inter plures homines, vel quasi majorem partem hominum universitatis Lodove, super mutatione et edificatione et constructione mensurarum lapidearum Sestayralis de Lodova, eminarum et aliarum quarumcunque mensurarum pro dicto Sestayrali necessariarum, et etiam loci ubi dicte mensure lapidee apponerentur seu hedificarentur, tandem ipsa universitas seu major pars ejusdem, videntes seu actendentes dampnum maximum dictam universitatem habere et sustinere ob deffectum appositionis dictarum mensurarum, ipsa, inquam, universitas seu major pars ejusdem, volentes predicta dampna evitare et utilitatem ipsi universitati acquirere et conservare, congregata ipsa universitate voce preconis, seu majore parte ejusdem coram reverendo in Christo patre domino fratre Iterio, miseratione divina Lodovensi episcopo, et constituta coram eo, fecit, constituit et creavit ipsa universitas

suos syndicos, procuratores seu actores ad eligendum locum ubi dicte mensure lapidee et alie quecumque ponerentur ubi eis placeret, videlicet Petrum Coste, Hugonem Sabaterii et Bernardum Calquerie de Lodova. Constituit etiam ipsa universitas, ut supra, alios syndicos, procuratores seu actores ad emendum locum seu hospicium quem seu quod predicti syndici supranominati pro dicto Sestayrali seu mensuris duxerint eligendum, et plura alia nomine dicte universitatis facienda, videlicet Petrum Radulfi, Petrum de Durzone et Berengarium Camboni de Lodova, prout in instrumentis syndicatuum predictorum confectis per magistrum Johannem Bartholomei, notarium Lodovensem, vel per alium vices ejus gerentem plenius et lacius continetur. Qui predicti Petrus Coste, Hugo Sabaterii et Bertrandus Calquerie, syndici supradicti, habita deliberatione, diligenti consilio et tractatu inter se super predictis, ordinationem et statutum fecerunt et dixerunt una cum nobili viro domino Guiraudo de Lodova, milite, domino castri de Fontesio, qui certam partem habet in cupis predictarum mensurarum, prout inferius continetur.

Nos, inquam, Petrus Coste, Hugo Sabaterii et Bertrandus Calquerie, syndici predicti, ex potestate nobis data, concessa et attribúta per dictam universitatem, et de voluntate et assensu reverendi in Christo patris domini fratris Iterii, Dei gratia episcopi Lodovensis, quod nos dictus episcopus asserimus esse verum, de voluntate etiam et assensu predicti nobilis viri domini Guiraudi de Lodova, quod nos dictus Guiraudus de Lodova confitemur esse verum, salvo tamen prius et protestato et retento nobis dicto Guiraudo de Lodova et nostris successoribus jure in proprietate et possessione quod et quam habemus in ipso Sestayrali et habere debemus et in drechuris ejusdem, et salvo, retento ac protestato quod per aliqua que inferius fient seu innovabuntur non possint nobis Guiraudo de Lodova vel nostris successoribus prejudicium aliquod generari; videntes, inquam, nos predicti syndici et attendentes discordiam que erat et esse poterat seu nasci inter homines universitatis predicte, ratione predictorum Sestayralis ac mensurarum, et etiam dampna et interesse que et quod dicta universitas sustinuit et adhuc sustinet, eo quod dicte mensure lapidee seu dictum Sestayrale non fuerint in loco certo collocate, ita quod cum ipsis mensuris lapideis mensuraretur ut deceret; attendentes etiam utilitatem dicte universitatis,

et volentes dampna et expensas et scandala predicte universitatis evitare, et inter ipsam universitatem et homines de eadem pacem et concordiam enutrire; nos enim Petrus Coste, Hugo Sabaterii et Bertrandus Calquerie, syndici superius nominati, in unum convenientes simul et concorditer, una cum dicto domino Guiraudo de Lodova, dicimus, ordinamus, statuimus, pronunciamus et volumus quod mensure lapidee Sestayralis et eminarum de Lodova et alia quecumque mensure pro dicto Sestayrali seu eminis utiles seu necessarie ponantur, sumentur et edificentur in quodam loco in plano Sancti Petri Lodove, videlicet juxta seu ante vel intus hospicium seu operatorium Raymundi Petri, mercerii de Lodova, quod hospicium seu operatorium est in dicto plano Sancti Petri; quod operatorium seu hospicium confrontatur ex una parte cum via publica seu cimiterio Sancti Petri, et ex alia cum stari domus Grandismontis, et ex alia cum stari Andree de Conchis.— Item volumus, statuimus et ordinamus quod in ipso hospicio seu operatorio, ante et juxta seu intus dictum Sestayrale, mensure lapidee Sestayralis et eminarum et alie quecumque mensure pro dicto Sestayrali seu eminis necessarie sint, stent continue perpetuo et ibi remaneant, et quod ipsum hospicium seu operatorium ematur a dicta universitate vel ab illis qui habent potestatem ab ipsa universitate emendi hospicium ad predicta, et, quousque ipsum hospicium pro predictis emptum fuerit, conducatur ipsum operatorium seu hospicium pro predictis mensuris ibidem, ut supra, tenendis. Et hoc volumus quod fiant propriis expensis universitatis supradicte. Que omnia predicta universa et singula audita et intellecta diligenter nos Petrus Radulfi, Petrus de Durzone et Berengarius Camboni, syndici supradicti, ex potestate nobis data, concessa et attributa ab universitate supradicta, per nos et ipsam universitatem et singulos de eadem et nostros et dicte universitatis successores, laudamus, approbamus roboramus, ratificamus et confirmamus, et ea habere volumus perpetuam firmitatem.

Post que incontinenti, anno et die quibus supra, predicti syndici superius proxime nominati super hedificio predicti hospicii seu operatorii dicti Raymundi Petri et mensuris ibi tenendis et aliis infrascriptis convenerunt cum dicto domino Guiraudo de Lodova, prout inferius continetur.

Nos Petrus Radulfi, Petrus de Durzone et Berengarius Camboni,

syndici supradicti, ex potestate nobis a dicta universitate data et attributa, per nos et ipsam universitatem et singulos de eadem et successores nostros et dicte universitatis, volumus et concedimus et ex pacto convenimus vobis dicto nobili viro domino Guiraudo de Lodova presenti, stipulanti et recipienti, quia pro jure quod in ipso Sestayrali habetis, et vestri predecessores habuerunt, dictum Sestayrale et mensuras vobis placet mutari et poni in predicto operatorio seu hospicio dicti Raymundi Petri, ut supra, quod vos vel vestri successores nunquam teneamini in precio emptionis predicti operatorii seu hospicii vel conductionis ipsius, ut supra, aliquid contribuere, solvere sive dare. Item quod vos dictus dominus Guiraudus et vestri successores ponatis et teneatis in ipso operatorio seu hospicio totam et integram illam partem quam in dicto Sestayrali et eminis et aliis drechuris ipsius Sestayralis habetis et habere debetis, et vestri predecessores habuerunt et habere consueverunt, et ipsam partem vestram ibidem teneatis quousque divisio cuparum et aliarum quarumcumque drechurarum dicti Sestayralis et eminarum facta fuerit, et ipsam partem vos vel vestri successores receperitis et habueritis. Qua divisione sic facta, vos dictam vestram partem et vestri alibi ponatis extra dictum operatorium, ubi vobis vel vestris videbitur expedire. Item quod, in perceptione cuparum dicti Sestayralis seu aliarum quarumcumque drechurarum ejusdem, vos dictus dominus Guiraudus et vestri successores teneamini solvere et dare partem precii seu salarii quod dabitur, de voluntate nostra vel nostrorum et dicte universitatis vel suorum habentium potestatem in predictis, collectori seu collectoribus drechurarum dicti Sestayralis, pro rata seu parte quam ibi percipietis, et dicta universitas solvat et solvere debeat pro rata et parte quam recipiet in predictis. Qui predicti collectores semper ponantur, videlicet unus de consensu dicte universitatis et alius de consensu vestri dicti domini Guiraudi, vel de comuni consensu dicte universitatis, vel aliquorum habentium potestatem pro ipsa in predictis, et vestri dicti domini Guiraudi et vestrorum successorum. Item quod omnes denarii, qui ibi pro predictis quibuscumque drechuris dicti Sestayralis et aliarum quarumcumque drechurarum recipientur, ponantur in una archa comuni vobis dicto domino Guiraudo et dicte universitati in predicto operatorio seu hospicio, et quod in ipsa archa stent denarii

supradicti, quousque unanimiter fiat divisio ipsorum denariorum per vos dictum dominum Guiraudum et per aliquos habentes potestatem pro universitate supradicta. Item quod in ipsa archa sint due claves, et vos dictus dominus Guiraudus et vestri successores semper teneatis unam clavem, et dicta universitas vel aliqui habentes potestatem pro ipsa semper habeant et teneant aliam clavem. Item quod in predicto operatorio seu hospicio sint similiter due claves, et quod vos dictus dominus Guiraudus vel vestri, qui pro vobis partem vestram dicti Sestayralis colligent vel recipient, semper teneant unam clavem; et illi qui pro dicta universitate colligent seu recipient partem quam in dicto Sestayrali dicta universitas percipit seu percipere debet, teneant semper aliam clavem, ut est hactenus de predictis clavibus tenendis in predictis consuetum. Item quod, quando ipsa universitas vel nos seu alii pro ipsa emerimus dictum operatorium seu hospicium dicti Raymundi Petri, seu conduxerimus pro dicto Sestayrali, ut supra, quod vos dictus dominus Guiraudus de Lodova et vestri habeatis ibi usum et partem pro parte vestra dicti Sestayralis et aliarum drechurarum ejusdem, quam ibi percipietis, ibidem colligenda, ut supra est ordinatum. Et si contigerit quod ipsa universitas in ipso operatorio seu hospicio, vel aliqui pro ea, ibidem hedificare faceret, et soleria sive domos superiores ibi fieri seu hedificari faciet, quod ipsa soleria et hedificia superiora sint et esse debeant universitatis supradicte pro suis voluntatibus omnino faciendis, reservato tamen et retento vobis predicto domino Guiraudo de Lodova et vestris successoribus jure pro predictis drechuris vestris ibidem in domibus inferioribus seu operatorio et porticis, si ibidem fierent, ut supra colligendis. Item volumus, statuimus et ordinamus, ut supra, quod in omnibus drechuris dicti Sestayralis, cupis et aliis quibuscumque utilitatibus et comoditatibus, que unquam magis a presenti die in antea provenient quocumque modo, ratione vel causa pro dicto Sestayrali et eminis quibuscumque et aliis mensuris in cooperto vel discooperto vel alibi ubicumque, quod vos dictus dominus Guiraudus de Lodova et vestri percipiatis et habeatis illam partem quam semper ibi vos et vestri predecessores percipere et habere consuevistis, et etiam ipsa universitas ibi habeat et percipiat totam et integram illam partem quam dominus

Lodovensis Episcopus et dicta universitas post eum ibidem habere et percipere consueverunt.

Item nos dictus Guiraudus de Lodova, per nos et omnes nostros successores, scientes et confitentes predictas pactiones, ordinationes et conventiones et omnia et singula supradicta esse facta, dicta et ordinata de nostro consensu et assensu speciali, eisdem pactionibus, ordinationibus et conventionibus omnibus et singulis, et omnibus predictis et singulis consentimus et eisdem nostrum prestamus assensum pariter et consensum. Predicta vero omnia et singula ut superius dicta sunt et notata, salvo prius et protestato quod propter predictas mutationes seu innovationes mensurarum dicti Sestayralis, seu per aliqua que superius dicta sunt seu expressa non possint nobis omnibus sindicis supradictis et universitati hominum de Lodova, et nostris et dicte universitatis successoribus, ac etiam nobis dicto Guiraudo de Lodova et nostris successoribus prejudicare in aliquo seu nocere super conventionibus seu ordinationibus quas dicta universitas dudum habuit cum reverendo in Christo patre domino Gaucelino, tunc episcopo Lodovensi, nunc episcopo Magalonensi, super laudatione seu confirmacione loci seu locorum pro dicto Sestayrali ubicumque in villa Lodove emendorum per universitatem supradictam, prout in instrumento inde confecto plenius continetur. Nos omnes et singuli Petrus Coste, Hugo Sabaterii et Bertrandus Calquerie, Petrus Radulfi, Petrus de Durzone et Berengarius Camboni, sindici supradicti, et quisque nostrum in solidum, pro nobis et dicta universitate et singulis de eadem, et nostris et ejusdem universitatis successoribus, et sub obligatione omnium bonorum nostrorum et dicte universitatis, et nos dictus Guiraudus de Lodova, pro nobis et omnibus nostris successoribus, et sub obligatione,... promittimus.... ea semper firma et rata habere, etc.

Item incontinenti, anno et die quibus supra, nos frater Iterius, miseratione divina Lodovensis episcopus supradictus, per nos et omnes nostros successores, predicta omnia universa et singula, ut superius dicta sunt et expressa, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, salvo et retento in omnibus jure nostro, et potissime super statutis seu ordinationibus dudum inhitis per bone memorie dominum Guidonem Fulcodii, archiepiscopum Narbonensem, inter predecessorem nostrum, nomine nostre Ecclesie, et universitatem predictam, et salvis et retentis con-

ventionibus inhitis et factis per reverendum patrem dominum Gaucelinum, Dei gratia tunc episcopum Lodovensem, nunc episcopum Magalonensem, cum dicta universitate, prout de hiis constat per publica instrumenta, quibus nolumus nec intendimus aliquatenus derogare, sed ea omnia et singula volumus in suo robore permanere. Et dicti syndici omnes et singuli idem voluerunt, et fuerunt protestati nomine suo et universitatis supradicte.

Acta sunt hec Lodove in hospicio episcopali, in presentia et testimonio domini Alberti Vincencii, officialis Lodove, Berengarii Alafredi, Gaucelini de Castanerio, Petri Lerii, domicellorum, Petri Grassi, Jacobi Violete, Bernardi Pardallani, civium Lodove, magistri Berengarii Andree, notarii Lodovensis et de Fontesio, et mei Ferrandi Petri, publici Lodovensis notarii, qui una cum magistro Berengario Andree, qui similiter inde fuit jussus facere instrumentum, predictis interfui et mandatus hec omnia predicta scripsi et signo meo signavi sequenti. Signum F. P.

(Archives de Lodève).

LXIX

Analyse de concession par l'évêque Itier de l'office de précon en faveur d'Hugues de Carenac

1300 ET 8 JUIN 1302

Iterius, Lodovensis episcopus, contulit officium preconis Hugoni de Careunaco, dando sibi facultatem preconizandi et subastandi, per se vel alium, vinum, possessiones et alias res que venales exponentur per totam civitatem Lodovensem. Et hoc cum persolutione facienda per dictum Hugonem LX solidorum tribus terminis solvendorum dicto Episcopo et successoribus suis pro quolibet anno. — Datum et actum in castro de Monte Bruno anno m° III°, regnante domino Philippo rege Francorum.

Item dictus Iterius prefatum Hugonem per novas litteras in dicto officio preconis confirmavit cum honoribus predictis. — Actum Burdegale anno m° ccc° II° xiiij^a kal. julii.

(Répertoire de Briçonnet, f° v v° C).

LXX

Analyse de mandement de Philippe IV le Bel sur la division des sénéchaussées de Beaucaire et Carcassonne rangeant dans la seconde le diocèse de Lodève

20 MARS 1301

Philippus Francorum rex mandat Senescallis Carcassone et Bellicadri facere limitationes suarum senescaliarum quoad Lodovensem dyocesim et versus Nemausensem dyocesim, a quodam itinere quod vocatur Peregrinorum usque ad flumen vocatum Virs et, non obstantibus aliis litteris, ita diffinivit quod tota diocesis Lodovensis esse debet in posterum de senescalia Carcassone, interdicendo Senescalo Bellicadri juridictionem in tota dyocesi Lodovensi. Voluit tamen quod per limitationem senescaliarum nihil in feudo vel parte feudi domini Arisdii sibi vel episcopo Lodovensi aliquod jus decrescat. Item, si castrum de S. Mychaele, Lodovensis dyocesis, sit extra loca de quorum feudo inter dominum Arisdii est contentio, prohibuit per ipsum vel suos senescalie Bellicadri molestari. Item quod homines dicti castri de S. Mychaele non compellantur bis solvere subventionem. — Actum Parisiis die lune post Letare m° III°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f°s XLVIII et XLIX, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 152 F).

LXXI

Analyse de règlements municipaux, à suite d'arbitrage, sur l'élection et les devoirs des syndics, des visiteurs des draps, des collecteurs du Sestayral, et sur les habitants qui doivent payer les tailles

1301

En l'an trois cens et ung les habitans de Lodeve demandoient que tous les officiers de l'hostel de ville despuis vingt ans ayent a rendre compte chescun selon sa charge de recepte ou aultre negociation.

Et oultre que ceulx qui despuis huict ans derniers auroient esté scelleurs et visiteurs des draps dud. Lodeve heussent

a rendre ce qu'ils avoient receu de pention ou gaiges ou esmolemens desd. sceaux de draps, lesquelles choses pouvoient valloir de trente a quarante livres par an.

Item qu'ils rendissent compte de la recepte du Cestayral de la place de S[t] Pierre, lequel despuis huict ans vault quatre vingts cinq livres par chescun an.

Item que lesd. officiers heussent a rendre et restituer entierement tout ce qu'ils avoient exigé violantement sans droict sur la vente des draps et aultres merchandises dud. Lodeve durant lesd. huict ans. Et oultre qu'ils heussent a reparer en leur privé nom et a leurs despens la partie de doumaige encorue par les habitans a raison de ce.

Item qu'ils rendissent compte d'une talhe tauxee de deux cens livres par eulx imposée pour certains proces de la Ville, en laquelle talhe ils avoient imposé au triple de la tauxe, assavoir six cents livres pour deux cents.

Item qu'ils avoient emprumpté a l'interest setze livres, encores qu'il y eust plus de cinquante livres en la boursse de la Ville.

Item que Guillem Colomby et Bernard Violette eussent a se demettre de leur sindicat et rendre compte de leur charge, en laquelle ils avoient fort mal verssé en plusieurs choses.

Finablement feust arbitre le Seneschal de Carcassonne avec puissance de s'ajoindre, sy bon luy semble, son lieutenant et le seigneur de S[t] Privat, lesquels arbitres estans ung jour venus en lad. ville de Lodeve, ayant les consuls faict assambler le peuple en grand nombre, desquels quatre cents quatre vingts et trois sont desnommés avecque ces mots: Et plusieurs aultres desd. habitans, desquels desnommés y en a grand (1) nombre de gradues et maistres es arts, devant lesquels les arbitres ont promis de bien et deuement faire justice, et les parties promis respectivement garder et entretenir leur jugement a peyne de cinquante livres aux contravenents a icelluy et de tous despens.

Lesquelles choses led. Seneschal assisté de son lieutenant, du s[r] de Saint Privat, gentilhomme, ayant prins l'advis d'iceulx et plusieurs saiges personnaiges, qui ne sont poinct y nommés,

A premierement ordonné que toutes rancunes, haynes et debats d'entre les parties fussent estaintes.

(1) Ms. quatre.

Secondement que lesd. scindicz, quy voulloient estre a leur vie scindicz, ce demetroient presentement de leur charge, et que ceulx quy seroient ou estoient ja esleuz par les habitans ne le puissent estre que ung an, et ce gouvernassent durant leur annee selon quy est par cy appres ordonné.

Tiercement que, selon l'ordonnance par cy devant faicte par l'archevesque de Narbonne, trois scindicz seront esleuz : le premier pour les grans, lesquels sont comme advocats, nobles, notaires et aultres gens de lettres, bourgeois, merchands drapiers, pareurs, tinturiers; au second sont comprins les maseliers ou bouchiers, cordonniers, macons, tailheurs, mangoniers ou revendeurs, bastiers, taverniers et aultres tels gens, mareschaux, merssiers, tanneurs, teysseyrans; et au tiers lieu un scindic lequel de gré ou estat s'entent de tous laboureurs et travailleurs, lesquels trois scindicz ne porront estre plus d'ung an en leur charge.

Quartement que nul habitant ne soict admis ou receu en aucung office de l'hostel de ville ny mesme a donner la voix eslective, s'il ne paie les debvoirs qui sont comuns de la Ville.

Item qu'on ne fera aulcunes talhes, sy non fort necessaires et du consentement des habitans, ausquelles talhes seront cotizés tous ceulx qui auront plus vallans de doutze livres dix soulz tournois generalement selon la forme prescripte. Et que les scindicz et assietteurs desd. talhes feront le serment de les bien assoir sans faveur ny aultrement. Et qu'ils rendront compte appres la fin de leur charge par devant les nouveaux scindicz et aultres depputés.

Pareillement que trois gardes des sceaux des draps soient esleus, qui devront vesiter tous les draps en ladite ville, a la maniere acostumée. Et que les gardes du Sestayral feront metre la part de l'Evesque en une part, et garderont le reste apartenant a lad. Ville pour estre employé aux affaires de la comunaulté.

Item que tous les officiers quy auront rendeu compte de leur charge despuis vingt ans et ceux qui auroient ja commencé et n'auroient leurs comptes encores esté clos, rendront compte et reliquas devant les premiers scindicz par cy appres esleus. Et, s'il se treuve qu'ils n'aient bien et justement receu ou imposé quelque chose touchant leur charge, ils seront tenus le restituer a ceulx sur quy ils l'auront prins.

Le reste des aultres demandes demeurant nul, sauf a rendre

trente pieces de drap a ung nommé Vernet, que luy auroient esté prinses pour n'estre bien et deument ouvrées.

Item que la despence faicte tant pour le present proces et litige que la despence faicte au voiage de Paris et sejour en icelluy Paris par le s[r] de S[t] Privat pour les affaires de lad. Ville, lad. despence montant quatre vingts livres, et quelques aultres despences faictes par aultres, le tout demurant veriffié et mostré veritable par les agens, sera cottisé et inposé sur lad. Ville.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, f[os] 11 v°, 12 et 13).

LXXII

Mandement de Philippe IV le Bel aux Sénéchaux de Carcassonne et de Beaucaire sur les limites de leur juridiction dans le diocèse de Lodève, lequel, nonobstant toutes commissions contraires, sera tout entier compris dans la sénéchaussée de Carcassonne

14 FÉVRIER 1304

(Ménard, *Histoire de la ville de Nimes*, t. I[er], Preuves, p. 149).

LXXIII

Analyse d'arrêt de la Cour de Lodève mentionnant la Malepague ou prison pour dettes

1306

Curia temporalis Lodove precepit cuidam Hugoni Tranversier, submisso rigoribus domus Malepague, ut solveret LXX solidos, fuitque arrestatus in dicta domo Malepague causa premissorum. — M° III° vj°.

(Répertoire de Briçonnet, f° XV B).

LXXIV

Analyse de mandement de Philippe IV le Bel au Sénéchal de Carcassonne sur les juifs du diocèse de Lodève

1306

Philippus Francorum rex mandat Senescalo Carcassone, ut non impediat quin judei solvant pedagium pro suis corporibus

Episcopo Lodovensi, ut erat consuetum. Item quod non impediat quin judei baronie Clarimontis puniantur ab Episcopo. Item quod conservari et deliberari procuret Episcopo jus quod habebat ad judeos, quos suos originarios habebat vel dono acquisierat. — M° III° vj°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLIV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 151 K).

LXXV

Analyse de mandements de Philippe IV le Bel au Juge de Carcassonne, prescrivant une enquête sur le projet de changement de date de la foire de Lodève

1311

Philippus, Francorum et Navarre rex, mandat Judici Carcassone inquirere si mutatio nundinarum, quam volebat episcopus Lodovensis facere de xxv[a] augusti ad xxv[tam] maii, esset sibi et abbati Ville Magne et domino Clarimontis prejudiciabilis. — Anno M° III° xj°.

Et de tali materia habetur in tribus litteris.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f°s XXXVI et XXXVII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 151 B).

LXXVI

Analyse d'appel d'une prohibition faite par le Sénéchal de Carcassonne de se rendre à la foire de Lodève, dont l'évêque Déodat de Boussagues a changé la date

VERS 1311

Remundus Ademaris, procurator et nomine procuratorio domini Deodati, Lodovensis episcopi, una cum Benedicto Arrioli, sindico Lodove, interjecerunt appellationem coram Senescalo Carcassone, eo quod dictus Senescalus prohibuit omnibus sue senescalie ne portarent merces ad nundinas Lodove, que auctoritate Deodati, Lodovensis episcopi, mutate erant a festo beati Genesii et beati Ludovici ad festum sancti Urbani in maio. Causam autem appellationis assignantes predicti procurator et syndicus, quia episcopus Lodovensis virtute suorum privilegio-

rum facultatem habebat instituendi et mutandi tempus nundinarum in sua civitate et dyocesi Lodovensi, producentes predicti privilegium Philippi Francorum regis.

(Répertoire de Briçonnet, f° VII B).

LXXVII

Analyse de mandements royaux au Sénéchal de Carcassonne pour informer sur le différend entre l'Évêque et les habitants sur le fait du Consulat

1315 A 1323

Ludovicus, Francorum et Navarre rex, mandavit Senescallo Carcassone ad supplicationem Episcopi Lodovensis, dicentis se fore solum et in solidum dominum temporalem civitatis Lodove, ac sine auctoritate ipsius non posse creari sindicos, procuratores, actores, consules aut rectores ab universitate hominum de Lodova, secundum jura municipalia civitatis ejusdem; dicentis etiam quod a creatione horum consulum fuerunt suis exigentibus demeritis perpetuo privati; quod, si vocatis vocandis ita invenerit, ad statum priorem reduci faciat. — M° III° XV°.

N. B. De hac materia habetur in XII litteris et ultima est Karoli. M° III° xxiij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f°s XXXVII, XXXVIII et XXXIX, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 151 C).

LXXVIII

Analyse de mandements de Philippe V le Long au Sénéchal de Carcassonne relatifs à l'hôpital de Lodève

1316

Philippus Senescalo Carcassone mandat ut non molestet hospitalarium Lodove, si fuerit in possessione dicti hospitalis, cujus omnimoda provisio, aiebat, ad Episcopum Lodovensem spectabat. — M° III° xvj°.

Cavetur in tribus litteris.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f°s L et LI, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 152 L).

LXXIX

Analyse de mandements de Philippe V le Long au Sénéchal de Carcassonne sur la révocation des syndics de Lodève, qui poursuivent l'établissement du Consulat

1318

Philippus, Francorum et Navarre rex, mandat Senescalo Carcassone ut non impediat Arnaldum de Turre, militem, et alios, de licentia Episcopi, a sindicatu revocare presentes et alios instituere, si major pars civitatis concurrat. Item ne compellat predictos solvere aliquid in prosecutione Consulatus, cui non adherent, sed se opponunt potius. — M° III° xviij°.

Habetur in duabus litteris.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° L, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f 152 K).

LXXX

Analyse de lettres de Philippe V le Long, commettant l'évêque de Laon pour connaître des demandes des habitants de Lodève au sujet du Consulat, et de celles de l'Évêque sur ses droits

...-1321

Philippus, Francorum et Navarre rex, commisit episcopo Laudunensi cognoscere sine strepitu judicii de eo quod cives Lodove petebant ab eo consules; de eo quod Episcopus dicebat se habere judicem primarum appellationum; de jure instituendi et mutandi nundinas et mercata in civitate et diocesi Lodovensi; de jure cognoscendi de armorum portatione in Lodovensi dyocesi.

Habetur in duabus litteris, m° III° xxj° ultima.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLVII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f· 152 C).

LXXXI

Analyse de mandements de Charles IV le Bel au Sénéchal de Carcassonne sur le différend des syndics avec l'Évêque

1321-1322

Karolus, Francorum et Navarre rex, mandat Senescalo Carcassone ut, si sibi constiterit quod Arnaldus de Turre, miles, Deo-

datus de Fontibus et alii cives Lodove non consentientes, sed contradicentes liti quam faciebant sindici Lodove contra Episcopum non debeant contribuere ad prosecutionem litis, quod nullomodo compellantur.

Habetur in duabus litteris m° III° xxj° et xxij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f°s XLII et XLIII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 151 F).

LXXXII

Analyse de mandement de Charles IV le Bel au Sénéchal de Carcassonne de ne pas laisser conférer le titre de bourgeois du Roi aux sujets de l'Évêque de Lodève

1322

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLVII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 152 D).

LXXXIII

Analyse de mandement de Charles IV le Bel au Sénéchal de Carcassonne pour l'enquête sur la Malepague

1324

Karolus, Francorum et Navarre rex, misit Senescalo Carcassone, ut faciat perficere inquestam inceptam super possessione domus de Malapaga. — M° III° xxiiij°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° XLVII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 152 E).

LXXXIV

Analyse de mandements de Charles IV le Bel au Sénéchal de Carcassonne touchant l'établissement du Consulat et le changement de date de la foire

1324-1326

Karolus, Francorum et Navarre rex, mandat Senescalo Carcassone ne molestet Episcopum super Consulatu Lodove, mutatione nundinarum, in prejudicium litterarum. — M° III° xxiiij° et xxvj°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° LVII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 153 D).

LXXXV

Analyse de mandement de Charles IV le Bel sur l'ajournement de la sentence à porter dans l'affaire de la Malepague

1325

Karolus, Francorum et Navarre rex, mandat adjornari procuratorem regium Carcassone et judicem, ad tuendam suam senten-ciam contra Episcopum Lodovensem super facto domus Malepague. — Mº IIIº XXVº.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, fº LV, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, fº 153 B).

LXXXVI

Analyse d'arrêt du Parlement remettant l'Évêque en possession d'incarcérer à la Malepague

1325

Episcopus Lodovensis per arrestum Parlamenti fuit resaysitus ad domum Malapaga ad reponendum ibidem obligatos sub cohersione dicte domus, et ad incarcerandum Ymberdum de Comba, qui extractus fuerat, si vivat, et, si non vivat, per figuram, salvis questione proprietatis et possessione faciendi poni et custodiri ibidem obligatos pro debitis sub Magno Sigillo Bitterris, quousque dicti obligati possint tute duci incarcerandi ad carcerem Bitterris vocatum Malapaga. — Datum Parisius mº IIIº XXVº.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, fº LVII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, fº 153 E).

LXXXVII

Analyse de mandement de Charles IV le Bel au Sénéchal de Carcassonne de se faire restituer les biens de la Léproserie de Lodève, malgré l'ordonnance du 16 août 1321

1326

Karolus, Francorum et Navarre rex, mandavit Senescalo Carcassone quod faceret restituere sibi bona que capta fuerant per

ipsum vel suis in domibus leprosorum Lodovensis diocesis, qui commiserant horrendum crimen, propter quod fuerant ultimo supplicio traditi etc., si constiterit etc. — M° III° xxvj°.

(Tiré du Liber Privilegiorum de Bernard Gui, f° LVIII, cité dans l'Inventaire de Briçonnet, f° 153 H).

LXXXVIII

Sentence de Bernard Gui, viguier de l'Évêque de Lodève, restituant à la Ville, en exécution de l'ordonnance de Philippe V le Long du 16 août 1321, le gouvernement et les biens de la Léproserie Saint-Thomas, mise sous la main du Roi en vertu du mandement qui précède

13 MAI 1329

(Archives de Lodève).

LXXXIX

Analyse de mandement de Philippe VI de Valois au Sénéchal de Carcassonne de ne pas contraindre les sujets de l'Évêque à la réparation des voies publiques

18 AVRIL 1334

Philippus, Francorum rex, prohibuit Senescalo Carcassone aliisque officiariis ne molestent subditos Episcopi Lodovensis, exigendo ab eis aliquid pro reparatione viarum, cum ad ipsum Episcopum, tanquam ad immediatum dominum, tam ex privilegio regio quam jure ordinario, spectet reparatio viarum ipsius civitatis et aliorum locorum episcopatus Lodovensis eidem subjectorum. — Datum Parisius xviij^a die aprilis anno m° ccc° xxxiiij°.

(Répertoire de Briçonnet, f° IV A).

XC

Sentence du juge de Béziers constatant que les fossés de Lodève appartiennent à la Communauté

16 JUIN 1340

Sicardus de Monte Alto, licenciatus in legibus, dominus de Alhaneto, judex Bitteris domini Regis, nobili viro vicario Lodove

vel ejus locumtenenti salutem et dilectionem. Refferentibus quampluribus hominibus dicti loci, percepimus quod, cum omnes cave existentes circumcirca villam Lodove usque ad muros sint et esse consueverint, ac etiam pertineant ad universitatem dicti loci juste et jure suo a tantis temporibus citra de quibus memoria hominum in contrarium non existit, nichilominus hiis non obstantibus, Raymundus Galhaci, hostalerius loci predicti, in quadam una cavarum predictarum sita in loco vocato *Villafrancha* et juxta murum dicte ville cavavit et cavare fecit, et ibidem fundamenta et edificia alia facere nititur et etiam, quod pejus est, quamdam arborem vocatam *olm*, ibidem et tunc existentem, fregit seu arrabari fecit et sibi appropriavit, licencia minime obtenta ab universitate predicta, in prejudicium juris universitatis predicte, libertatum et franquesiarum ibidem diutius observatarum. Ea propter, ad requisitionem hominum predictorum vobis mandamus quatenus, si premissa veritate nitantur, inhibeatis ex parte regia atque nostra Raymundo Galhaci ne ausus sit deinceps, per se aut alium nomine ejusdem, aliquid ibidem edificari, et nichilominus eumdem compellatis Curie viribus ad reffundendum dampna et gravamina illata arboribus universitatis predicte, visis presentibus, indilate, nisi aliud rationabile proponere voluerit quod obsistat; ad quod proponendum Bitteris coram nobis diem mercurii proximam in terciis post instans festum Nativitatis beati Johannis Baptiste eidem ex parte nostra assignetis ; interim vero, presente dilatione pendente, in premissis nil novi indebite precipientes reddite literas sigillatas. — Datum Bitere die sexta decima junii anno Domini millesimo trescentesimo quadragesimo.

(Archives de Lodève: sentence extraite d'une protestation en date du 20 juin 1340, faite par divers habitants de Lodève contre Raymond Gaillac).

XCI

Lettres patentes de Philippe VI de Valois nommant trois commissaires pour procéder à la division de la viguerie de Béziers et à la création de nouveaux sièges

4 FÉVRIER 1345

(Archives de Lodève).

XCII

Analyses des dires produits contradictoirement par le Juge de Lodève et les habitants au sujet des assemblées et de la maison commune

10 ET 14 OCTOBRE 1345

Petrus Amati, judex Lodove, inhibuit quibusdam civibus Lodove ne haberent congregationes facere de novo in quadam domo relicta elemosine Sancti Spiritus ad pios usus dumtaxat; sed ad oppositum dicti cives dixerunt quod erant in possessione, ita quod non esset memoria hominum ad oppositum, congregandi cetum hominum xxxx, et tenendi consilium pro negociis Regis et aliis in quibuscumque domibus seu ecclesiis, excepta domo Sestayralis Lodove, et hoc omnibus horis nocte vel die. Petierunt ambe partes instrumentum predictorum. — Anno m° iii° xlv° vj° ydus octobris.

(Répertoire de Briçonnet, f° xviii v° H).

Cest Instrument cotte A en datte du quatorziesme jour d'octobre mil trois cens quarante cinq traite que, proces estant meu entre le seigneur evesque de Lodeve et les habitans dud. Lodeve, led. seigneur voullant empecher que le conseilh et assemblee publique delad. ville ne se fict en la maison laquelle est scituee en la carriere de Nostre Dame, confrontente d'une part aux maisons Pierre Jordan, Rodezy, et aultres a Bringuier Cambon, et d'aultre coste a la carriere publique, laquelle maison avoict este donnee par ung nommé Audibert, prieur de Paulhian, aux aumosnes du S[t] Esperit, lesquels habitans ont deuement preuvé et mostré pouvoir d'estre en possession tenir le conseilh de ville en une et chescune de toutes les maisons de lad. ville de Lodeve, excepté la maison de l'Evesque (1), protestant en cas d'empechement ou contradiction aud. evesque de s'en pourveoir devant qu'il apartienne.

Comme pareillement led. evesque a protesté du contrere.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, f° 1).

(1) L'erreur de l'Inventaire de la Ville, évidente à la simple réflexion, est corrigée par le Répertoire de Briçonnet, ainsi que par le document LXVII (voir p. 92).

XCIII

Analyse de consultation donnée par les officiers du Roi sur la possession d'un hôtel de ville

1345

Cest instrument est une consultation par laquelle le Seneschal de Carcassonne et plusieurs aultres assemblés declarent que l'acord faict entre les habitants de Lodeve et le s[r] Evesque par l'advis et arbitrage de monsieur de Narbonne est nul, d'aultant que par les loix les evesques ne peuvent rien fere au prejudice des eglises et que les comprometans de la part de la Ville n'estoient deuement authorizes des habitans. Item que, veu que lesd. habitans ont acostumé de s'assembler en une maison pour la deliberer des affaires publicz ceste costume leur en rend ung droict sans en pouvoir par cy apres estre empechés.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, f° 30).

XCIV

Lettres patentes de Philippe VI de Valois ordonnant de procéder à une enquête sur le lieu où se tient la foire de Lodève

13 JUIN 1346

Philippus, Dei gratia Francorum rex, vicario et judici nostris Biterris vel eorum loca tenentibus salutem.—Conquesti sunt nobis Bernardus Johannis, Martinus Jordani alias Mayras, Guillelmus Bonneti, Raymundus Crosati, macellarius, Guillelmus Vallati, Berengarius Coste, Guillelmus Andree, Jacobus Martini, Deodatus Boverii et Petrus Basterii, et major pars habitancium ville Lodove in hac parte consentientium, quod, licet quolibet anno in festo sancti Bartholomei et sancti Genesii mensis augusti cum tribus vel quatuor diebus immediate sequentibus in certis locis dicte ville nundine acthenus et de tanto tempore citra fieri et teneri consueverint quod hominum memoria in contrarium non existit, nichilominus nunc de novo ab anno proxime transacto citra nonnulli homines dicte ville, pauci numero respectu aliorum, alibi quam consuetum fuit dictas nundinas mutare nisi fuerint et nituntur, absque causa racionabili atque justa, in prejudicium dictorum

conquerencium et rei publice et possecionis dictarum nundinarum semper usitale, majorisque partis hominum ad dictas nundinas venientium, sicut dicunt ; super quibus supplicaverunt nobis sibi de opportuno remedio providere. Nos igitur volentes indempnitati rei publice, possecioni, libertatibus et consuetudinibus dicte ville providere, vobis et vestrorum cuilibet mandamus quatenus, si summarie et de plano et sine longa figura judicii vobis constiterit de premissis, dictas nundinas in locis semper consuetis fieri et teneri faciatis, et cum tubis voce preconia in dicta villa et aliis locis opportunis, si necesse fuerit, ita preconizare faciatis, ut rationis fuerit et in dicta patria est fieri consuetum. Inhibentes oppositoribus et quibuscumque aliis impedientibus et turbantibus premissa, ne a modo aliquo in contrarium attemptare aut facere presumant, et taliter super premissis provideatis seu provideri faciatis, quod ad nos pro premissis non sit ulterius recurrendum appellacionibus frivolis, ac litteris in contrarium impetratis vel impetrandis subrepticie non obstantibus quibuscumque. — Datum Parisiis die tercia decima junii anno Domini millesimo trescentesimo quadragesimo sexto.

(Archives de Lodève, enquête sur la foire faite en 1346, reg. de 33 feuillets).

XCV

Règlement de la foire de Lodève

1346

Nundine Lodove que fiunt (1) in festo sancti Genesii preconizantur ante dictum festum sancti Genesii in pleno mercato per duas dies sabatinas sub hac forma: «Audite quid mandat vobis dominus Episcopus: Omnis homo veniat securus ad nundinas, nisi aliquid tale comiserit propter quod ejus persona debeat retineri».

Item in festo sancti Genesii et in crastinum preconizatur quod nullus extrahat jura domini Episcopi vel adportet de civitate; quisnam faceret, in potestate esset Curie ipsius.

Item in vigilia sancti Genesii bajulus domus episcopalis habet homines de familia sua sive conducticios ad minus decem, et

(1) Ms. fuerint.

canonici tres, et omnes jurant in manu dicti bajuli, presente bajulo Capituli, quod fideliter querent jura tam domini Episcopi quam etiam Capituli, et illa sine omni diminutione restituent illis, nec amplius recipient ab hominibus extraneis vel de civibus quam sit consuetum vel scriptum, nec jura domini Episcopi dabunt Capitulo ; nec e converso. Et postea ponit singulos ad singulas portas civitatis et ad alia officia, sicut est consuetum, scilicet ad portale de Bocaria ponitur unus, alius ad portale de Bossanella, alius ad portale de Verdu, alius ad portale Clarmon, alius ad portale de Lerga, alius ad recipiendum revam seu tallium pannorum, alius ad recipiendum leudam ovium et mutonum, alius ad recipiendum leudam de bobus et vaccis, et hic ponitur unus de tribus quos ponit Capitulum, alius ad recipiendum leudam [h]ircorum et caprarum, et hic ponitur secundus de Capitulo, alius ad recipiendum de porcis leudam, de caseis et lana, et hic ponitur tertius de tribus quos ponit Capitulum (quam quidem partem leude percipiendam canonici habuerunt a quibusdam militibus ab istis tribus proxime nominatis, non ratione dominii, quod unquam habent dicti milites in nundinis vel in civitate Lodove aut in villa) ; et isti homines debent stare in locis predictis quamdiu durant nundine supradicte, et, finitis nundinis, teneantur reddere quod de nundinis receperint fideliter absque fraude.

Item posterla que facta est ante molendinum Petri de Sancto Saturnino in festo sancti Genesii et in tribus diebus sequentibus debet esse clausa, ne aliquis intret vel exeat per eandem, ne leuda vel pedagium per eam possit furari. Item sciendum est quod illi qui emunt redditus domini Episcopi in civitate per annum incipiunt colligere redditus in crastinum beati Egidii, et colligunt per totum annum, exceptis octo diebus nundinarum in quibus nichil percipiunt, nisi de quintali, de lavatoribus menarum (?), qui etiam in nundinis accipiunt, et de sestayrali, et de coriis bovum, salvo tamen quod superius vel inferius est expressum de dictis coriis.

Item sciendum quod Guillelmus de Lodova vel sui debent cannare omnes tabulas que sunt in grava in nundinis, et hoc in vigilia sancti Genesii vel in die antecedenti, et dat unam cannam pro tabula, et tenetur ibi facere ipsas tabulas de furcis et de rama, quas furcas et ramam potest reportare, finitis nundinis, scilicet

post octo dies a festo computandas. De dictis tabulis que sunt in grava tempore nundinarum facit fieri dominus Episcopus de septem cannis octo tabulas, quas facit fieri de furcis et ramata expensis suis, et colligit furcas et ramata, celebratis nundinis. Et fiunt iste octo tabule in grava juxta stare Berengarii Pauci et in loco illo fit canabasseria, et in eodem loco Guillelmus de Lodova facit alias octo tabulas contra illas octo que sunt domini Episcopi, ita quod via transeat per medium ; set de istis octo que sunt Guillelmi de Lodova levatur leuda et taulagium comuniter, sicut de aliis que fiunt in grava. De octo tabulis domini Episcopi totum taulagium est ipsius domini Episcopi, set dividitur leuda inter eos. Et est sciendum quod de sex tabulis domini Episcopi que sunt in Coyrateria cohoperte de lausa accipit dominus Episcopus tempore nundinarum et per totum annum totum taulagium et leudam sine parte alterius. In tabulis que dicuntur feudalium non accipitur taulagium, nisi ab ipsis feudalibus, set leuda tantum, et illa est inter dominum Episcopum et Guillelmum de Lodova.

Ille autem tabule sunt decem octo : unam tenet Petrus Calveti, aliam Berengarius Radulphi, aliam dimidiam Petrus Peyroneti, et aliam et dimidiam Raymundus et filius ejus, Bernardus Sabbaterii alias septem que sunt in grava (de octo tabulis domini Episcopi totum taulagium est ipsius domini Episcopi), Petrus Albanius et Guillelmus Sardanus aliam, Durantus Albarocus aliam, hospitale pauperum Lodove aliam, Petrus Albanius juxta tabulas domini Episcopi de Coyrateria alias duas, Guillelmus de Paris et Hugo Bonas Mas aliam post tabulas domini Episcopi, et Raymundus et aliam post tabulam Guillelmi de Paris vel juxta, salvo jure cujuslibet predictorum feudalium pro quota parte in tabulis.

(Archives de Lodève, enquête sur la foire faite en 1346).

XCVI

Analyse de procédure constatant le privilège qu'ont les chanoines de Lodève de faire relaxer les prisonniers rencontrés par eux fortuitement

1346-1357

Ung nomé Jehan de Laurous est condampné pour certain mal faict par le juge ordinaire de Lodeve d'estre foetté par la ville. Ung des chanoines treuve fortuitement et par fortune ledit de

Laurous entre les mains de l'executeur de justice pour l'aller foeter; ledit chanoine, en verteu du privilliege duquel les chanoines de Lodeve sont en pocession de tout temps, jaçoict qu'ilz n'en puissent monstrer aucunement chose par escript, mais par la longue pocession et confirmation de tous les evesques precedens peuvent, et sont tenus par le serment qu'ilz font au jour de leur reception de garder tous et chescuns les privillieges de ladite eglize, voullant deslivrer ledit criminel de la peyne en laquelle il estoict condempné, leur octroiant le privilliege qui est que, quant par fortune ung criminel est rencontré par ung chanoine fortuitement et sans y pencer, ledit chanoine le peult delivrer et garantir de la peyne de quoy il est condempné, requist les officiers luy deslivrer ledit criminel. Lesdits officiers reffusent; ledit chanoine ce plaint au Chappitre; tous ou la plus part du Chappitre vont et ostent ledit criminel a l'executeur de justice. Les officiers font informer et sur leur information presentent requeste au privé Conseilh du Roy; comissaires sont establis pour fere leur proces touchant la violance et attentat; adjournements personelz donnés contre lesdits chanoines, mandemens de prinse de corps sur les notaires du Chappitre, plusieurs lettres royaux d'une part et d'autre avecque grandes esmandes sur lesdits du Chappitre. Finablement lesdits du Chappitre ont remostré que tout ce qu'ilz avoient faict n'avoit esté pour rompre ou abatre l'authorité royalle, ains seullement pour garder leurs privillieges, lesquels estoient grandement enfreins par lesdits officiers, tant en la denegation dudit privilliege de pouvoir exempter ung criminel du suplice, sy d'avanture et sans y pencer estoict rencontré par ung chanoine, qu'en ayant contre droict et justice faict foetter ledit de Lauroux, non seulement en l'enclos de ladite ville, mais aussy dehors ladite ville, sur la juridiction de Saulmon et Fangouse auxdits chanoines apertenent; et que tout ce qui contre avoict esté faict, se avoict esté par surprinse, par malvelhance des senechalz de Carcassonne, Beziers et les commissaires depputés. Le Roy entherinant ladite requeste, defend à tous commissaires et juges de ne cognoistre rien plus du faict, aprobant ce que par lesdits chanoines a esté [faict] pour garder leurs privillieges, les declarant deslivrés en toutes esmandes en quoy ilz auroient esté condampnés a cause dudit proces et mesme d'aultres peynes, s'il y en avoict.

En appres y a unes autres lettres royaulx par lesquelles on remostre que ladicte grace faicte ausdicts chanoines est empechée ; par quoy le roy declare ledict empechement desplaire grandement et mande au comte d'Armignac, de Foyx et Rouergue, gouverneur pour sadite Magesté en Languedoc, fere jouir lesdicts chanoines et aultres dudict Chappitre des graces, privillieges contenus en lesdictes lettres, affin que paisiblement et facillement sans trouble, ilz soient en rien troublés ny empechés de servir Dieu.

Toutes lesdictes chozes faictes despuis l'an trois cens quarante et six jusques a cinquante et sept.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, f[os] 17 v[o] et 18 r[o] et v[o]).

XCVII

Enquête faite à Lodève devant Hugues Azémar, lieutenant du juge de Lodève, pour prouver que les biens de la Léproserie sont régis par la Ville

29 JANVIER 1347

(Archives de Lodève).

XCVIII

Mandement de Philippe VI de Valois aux Commissaires sur le fait de la création des vigueries de Gignac et Pézenas d'avoir à exécuter cette création

25 AVRIL 1347

(Archives de Lodève).

XCIX

Mandement du même aux mêmes sur le payement de la contribution à fournir par les localités ressortissant aux nouvelles vigueries, pour l'érection de leurs sièges

25 AVRIL 1347

(Archives de Lodève).

C

Lettres des Commissaires au Viguier de Gignac, lui enjoignant de faire envoyer à une nouvelle assemblée sur la contribution à payer pour la création de son siège les députés de Lodève, Liausson, Cazouls d'Hérault, Saint-Jean de Fos et Saint-Guilhem le Désert, qui n'étaient pas munis de pouvoirs suffisants à leur première réunion dans la ville de Carcassonne

14-16 JUIN 1347

(Archives de Lodève).

CI

Nomination de syndics pour protester contre la division de la viguerie de Béziers

22 JUIN 1347

Anno Incarnationis Domini millesimo trescentesimo quadragesimo septimo, scilicet die vicesima secunda mensis junii, domino Philippo rege Francorum regnante, noverint universi quod constituti Berengarius Camboni, Guillelmus Barrati, Guillelmus Solayreti, Guiraudus de Sallelis, Raymundus de Carpentracio, Deodatus Martini, Benedictus Benedicti et magister Hugo Ademarii, licenciatus in legibus, cives civitatis Lodove, in presencia venerabilis et discreti viri domini Hugonis de Neula, jurisperiti, prioris de Rippa, vicarii generalis in spiritualibus et temporalibus reverendi in Christo patris et domini domini Bertrandi, divina gratia episcopi Lodovensis, dixerunt universitatem Lodove indigere sindicis ad subscripta, videlicet ad comparendum coram magnifficis viris dominis Petro Aurelzerii, Guillelmo Balbeti et Raymundo Folcaudi, consiliariis domini nostri Regis, coram quibus mandatum extitit ut universitas Lodove duos probos viros miteret ad comparendum cum sufficienti potestate; item et ad excusandum dictam universitatem et singulos de eadem a quocumque subsidio indicto seu indicendo ratione vel occasione divisionis vel exemptionis seu adjunctionis viccariarum Bittere, Pedenacii et Giniaci; et ad dicendum causas et rationes, et proponendum quare dicta universitas ad premissa non teneatur coram dominis

predictis et aliis curialibus quibuscumque, et ad appellandum, provocandum, et appellaciones prosequendum et apostolos petendum, et appellationes intimandum, si necesse fuerit et sindicis super hiis creandis videbitur expedire, a quocumque subsidio imposito seu imponendo per dominos predictos seu alios curiales regios quoscumque, de quo cominati fuerint, ut dixerunt in suis litteris missis, et a quocumque gravamine illato seu inferendo universitati predicte seu singulis de eadem. Quare petierunt et supplicaverunt dicto domino vicario generali, ut ad constituendum et creandum sindicos super predictis universitatem Lodove faciat voce preconia congregari et convocari. Et dictus dominus vicarius generalis, ad supplicationem supra nominatorum ad premissa, voluit universitatem predictam convocari et congregari ad premissa, et precepit et injuncxit Pontio Roque, servienti jurato Curie Lodove, ut per preconem publicum dicte civitatis ex parte ipsius, universitatem predictam faciat evocari ad comparendum coram eo die crastina in ortu solis ad contenta in supplicatione predicta ; de quibus omnibus predictis predicti superius nominati petierunt sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum.— Acta fuerunt hec in Aula episcopali Lodove; horum sunt testes dominus Galhardus de Balazuco, presbiter, magister Guillelmus Pradesii, notarius, et magister Guillelmus Henrici, notarius publicus Lodovensis infrascriptus.

Post que anno quo supra, scilicet dicta die crastina, convocata voce preconia et citata ad ipsam diem tota universitate hominum civitatis Lodove de mandato dicti domini Vicarii generalis et auctoritate ejusdem, de qua convocatione et citatione constat per relacionem Raymundi Cutellerii, preconis, michi infrascripto notario factam, comparuerunt in dicta Aula episcopali coram predicto domino Vicario generali, videlicet Guillelmus Solayreti, magister Hugo Adhemarii, licenciatus in legibus, Guillelmus Martini, faber, Petrus Martini, cultor, Ferrandus Thome, Guillelmus Boiraci, Bernardus Maynal, Benedictus Benedicti, Guillelmus de Berlacio, Petrus Raynes, Jacobus Melanquedas, Petrus Crosati, Andreas de Prato, Johannes Buxerie, magister Johannes de Pradellis, jurisperitus, magister Johannes Pellicerii, Andreas Boneti, notarii, Guiraudus de Salellis, Durantis Fizause, Jacobus Buxerie, Raymundus de Carpentras, Hugo Peyroneti, Petrus Albairoti,

Raymundus Andree, magister Bernardus de Autinhaco, notarius, Raymundus Gaucelini, Petrus Berlandi, Petrus Salvanesc, Berengarius de Salellis, Johannes Radulphi, Jacobus Guercii, Bernardus Poncerii, magister Johannes Flori, licenciatus in legibus, Raymundus de Podio, Bernardus Mejani, Johannes Fesqueti, Bertrandus Gosas, Guiraudus Montanha, Deodatus Arnaldi, Johannes Drac, Johannes Basterii, Guillelmus Martini, mercator, Johannes Fulcranni, Hugo Moresii, Hugo Jaolh, Raymundus Goti, Petrus Barravi, Deodatus Vinacii, Hugo Garrigas, Berengarius Camboni, Bernardus Julan, Bernardus de Furno, Raymundus Roque, Petrus Raynaldi, Petrus Bressoni, Deodatus Roque, Raymundus Genoyer, Bermundus Bayle, Thomas Manovide, Berengarius Sablerii, Fulcrannus Narbone, Anthonius Martini, Johannes Bonafocii, Bertrandus Royreti, Jacobus Maur, Fulcrannus Balmes, Johannes Limotges, Raymundus Benedicti, Gregorius Textoris, Berengarius Textoris, Bernardus Tonguas, Guiraudus Johannis, Bernardus Solayreti. Et tunc dictus dominus Vicarius generalis dixit se fecisse voce preconia evocari universitatem predictam et singulos de eadem ad constituendum et creandum sindicos super predictis, si eis expediens videatur. Et deinde explicatis et lectis eisdem presentibus, preffati omnes superius nominati cives Lodove et alii presentes coram dicto domino Vicario generali comparentes, pro se et tota universitate predicta, dixerunt se velle pro se et universitate predicta eligere, creare, et facere sindicos auctoritate et decreto dicti domini Vicarii generalis ad premissa, protestato quod non intendunt propter supra vel in infra scripta in aliquo venire contra honorem vel jura domini nostri Regis, supplicantes dicto domino Vicario generali quod, super dictorum sindicorum electione, creatione et constitutione faciendis, auctoritatem suam et Curie sue interponat pariter et decretum, si et prout constitutio et creatio hujusmodi sindicorum eligendorum non sunt contra vel preter mentem statuti domini Guillelmi de Cordoas, olim Senescalli Carcassone et Bitteris domini Regis. Et dictus dominus Vicarius generalis pro tribunali sedens ad premissa, prout et in quantum non sunt contra statutum domini Guillelmi de Cordoas, auctoritatem suam et Curie domini nostri Episcopi Lodovensis interposuit pariter et decretum. Et subsequenter prenominati comparentes, pro se et pro tota universitate et ejus nomine, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt sindicos

suos et dicte universitatis, videlicet Petrum Raynaldi pro majori scala, Petrum Ricardi pro mediocri scala, et Hugonem Moresii pro minori scala, et eorum quemlibet in solidum ad omnia supradicta, ita quod non sit melior conditio occupantis seu occupantium, set quod per unum eorum inceptum fuerit per alium seu alios eorum mediari valeat et finiri, dantes et concedentes dictis sindicis et eorum cuilibet in solidum plenam et liberam potestatem et speciale mandatum et auctoritatem super omnibus predictis et ea tangentibus, et super dependentibus ex eisdem componendi, agendi, deffendendi, libellum seu libellos petendi, offerendi et recipiendi, litem seu lites contestandi, ponendi, proponendi, excipiendi, replicandi, triplicandi, de calumpnia et veritate dicenda in animas hominum dicte universitatis jurandi, et subeundi cujuslibet alterius generis juramentum, testes, instrumenta, litteras et alia quecumque probationum genera producendi, et productis seu producendis ex adverso dicendi et obtinendi judicium, banandi in causa, concludendi et renunciandi, sentenciam seu sentencias interloqutorias et diffinitivas audiendi, et ab ea seu eis, si necesse fuerit, appellandi, et appellationem seu appellationes prosequendi, et actorem seu actores constituendi ante litem contestatam vel post, si eis seu eorum alteri expediens videatur, et generaliter omnia alia universa et singula dicendi, faciendi, procurandi et explicandi, que in premissis et circa premissa necessaria fuerint seu etiam opportuna; promittentes predicti superius nominati et alii presentes, pro se et tota dicta universitate, michi notario infrascripto, ut publice persone pro omnibus illis quorum interest vel interesse potest seu poterit in futurum sollempniter stipulanti, se et universitatem predictam ratum et firmum perpetuo habituram quidquid cum dictis sindicis seu aliquo ipsorum super predictis vel super aliquo predictorum actum fuerit sive gestum, necnon et judicatum solvi cum omnibus suis clausulis universis pro dictis sindicis et eorum actionibus constituendis, et quolibet ipsorum in solidum, sub bonorum suorum et dicte universitatis obligatione et ypotheca; relevantes, nomine quo supra, dictos sindicos et actores constituendos ab eis et eorum quemlibet in solidum ab omni honere satisdando. Et inde fidejussores se constituerunt pro eisdem et quolibet eorumdem sub obligatione bonorum suorum et universitatis predicte, salvis semper et repetitis protestationibus pre-

dictis, modis et formis ac conditionibus predictis. Et subsequenter preffatus dominus Vicarius generalis pro tribunali sedens, ad instanciam et supplicacionem constituentium predictorum, in et super predictis sindicorum electione et constitutione et ordinatione, auctoritatem suam et Curie domini nostri Episcopi Lodovensis interposuit pariter et decretum, si et prout non sunt seu esse possunt contra statutum dicti domini Guillelmi de Cordoa. Et ibidem incontinenti predicti Petrus Raynaldi et Hugo Moresii juraverunt super sanctis Dei quatuor euvangeliis ab ipsis corporaliter gratis tactis se in predictis, nomine dicte universitatis, fideliter habituros; de quibus tam dicti constituentes quam dictus dominus Vicarius generalis pecierunt de predictis omnibus et singulis sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum. — Acta fuerunt hec Lodove infra Aulam episcopalem, dicto domino Vicario generali pro tribunali sedente, in presencia et testimonio magistri Guillelmi Salvatge, jurisperiti, Hugonis de Croso Sancti Mauricii de Alajovo, Johannis Chatberti, et predicti magistri Guillelmi Henrici, notarii publici Lodovensis infrascripti.

Post que eadem die constitutus dictus Petrus Ricardi coram dicto domino Vicario generali, in mei notarii et testium subscriptorum presentia, juravit ad sancta Dei euvangelia se in predictis fideliter habiturum. — Acta fuerunt hec infra dictam Aulam episcopalem; hujus rei fuerunt testes magister Guitbertus Salvatge, jurisperitus, Johannes Chatberti et predictus magister Guillelmus Henrici, notarius publicus Lodovensis, qui de predictis omnibus et singulis notas recepit et scripsit, vice cujus ego Guillelmus de Vallibus, notarius publicus Lodovensis, hec scripsi et de notis predictis fideliter extraxi. Ego vero Guillelmus Henrici notarius predictus huic instrumento me subscripsi et signo meo signavi.

(Archives de Lodève).

CII

Analyse de nomination de syndics pour établir l'impôt municipal du vingtième et un poids public de blé et farine

1347

Les habitans de Lodeve demandant au Vicaire general qu'il face tenir conseil pour eslire des scindics pour faire au nom de la

Ville et pour le bien d'icelle ce que s'en suict: C'est assavoir pour lever ou arrenter le vingtiesme que les habitans paient a l'hostel de Ville pour paier les talhes et aultres affaires de la Ville. Led. vingtiesme ce paioict en ceste sorte que ceulx premierement que avoient de l'argent ou cabal paieroient deux deniers pour livre sur led. cabal. Item qu'ils paieroient le vingtiesme sur toutes chozes sur quoy on prend dixme, le dixme premier levé.

Item que pour charge de cheval ou mullet entrant en lad. Ville de la vendenge ou raisin quatre deniers et demi.

Item le vingtiesme de tous les bleds et aultres usaiges des terres et molins.

Item que lesd. scindicz peussent avecque le conseil d'aultres habitans constituer et ordonner certain poix de balances, ausquel en paiant certain tribut chescun des habitans peseront le bled avant le pourter au molin et la farine appres, afin de n'estre comis abus, et que l'argent provenant dud. poix et aultres chozes seroict employé aux tailhes, comme dict est.

Led. Vicaire ayant faict assambler le Conseil a l'hostel de l'Evesque au nombre de trois cens quatre vingt trois habitants propose ce dont estoict question, ce qui est treuvé de la plus grande partie estre fort bon et necessaire, [tant] affin de paier la tailhe que pour le dict temps estoict demandé par le Roy que pour paier quelques interestz que lad. Ville debvoict. Et presentement nomment trois scindicz pour executer ce dont estoict question, ensemble pour demander compte et reliqua de tout ce qui auroict esté levé puis dix ans sur lad. Ville. Lesquels scindicz estans ainsin esleus, ceulx qui estoient presens presterent le serement devant led. Vicaire en l'an mil trois cens quarante sept.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, f° 21).

CIII

Analyse d'acte relatif à certains droits consulaires

10 MARS 1350

Instrumentum quomodo sigillarii habuerint nomine sigillariorum vestes bispartitas, sigillum et domum communem. — Anno m° iii° xlix° x° marcii.

(Répertoire de Briçonnet, f° xiv F).

CIV

Requête sur la saisie des gages présentée au Viguier de Lodève par les habitants, qui déclarent être justiciables de l'Évêque et non du Chapitre

14 MAI 1350

Anno Incarnationis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, domino Philippo rege Francorum regnante, scilicet die decima quarta mensis maii, noscant omnes quod existens in consistorio Curie temporalis Lodove et coram nobili viro domino Deodato de Manso, vicario Lodovensi, sedenti pro tribunali in dicto consistorio, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum, reddidit coram dicto domino Vicario quamdam papiri sedulam scriptam in tribus papiri foliis sutis, dicendo, proponendo, petendo, requirendo, protestando, et alias agendo ut in dicta sedula continetur, et quamquidem sedulam legi fecit per me Hugonem Robini, notarium publicum Lodovensem, coram dicto domino Vicario de verbo ad verbum ut in dicta sedula continetur. Cujusquidem sedule tenor talis est:

Constitutus in presencia nobilis et potentis viri domini Deodati de Manso, domicelli, vicarii Lodovensis, pro tribunali sedente in Curia temporali Lodove, Raimundus Gaucelini, payrolarius, civis ville Lodove, pro se et omnibus aliis civibus et habitatoribus et incolis dicti loci Lodove sibi adherentibus et adherere volentibus in hac parte, dixit et proposuit coram eo quod ipse Raimundus et ceteri alii omnes incole et habitatores Lodove est, sunt et fuerunt in medietate subditi et justiciabiles submissi foro, juridictioni et cognitioni omnium causarum civilium et criminalium in temporalibus et spiritualibus domini nostri Episcopi Lodovensis et curialium suorum, et quibuscumque conquerentibus de ipso et aliis civibus predictis solum et in solidum respondere consuevit et consueverunt in Curia dicti domini nostri Episcopi Lodovensis per quinque, decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta et sexaginta annos et circa et ultra per tanta tempora de quibus memoria hominum in contrarium non existit scientibus seu scire volentibus canonicis, presbiteris, et beneficiatis Ecclesie cathedralis Lodove, palam et publice et absque contradictione cujuscumque. Item dixit et exposuit quod

dictus dominus noster Episcopus Lodovensis est solus et in solidum dominus in alta et bassa justicia civitatis predicte Lodove, districtus et territorii ejusdem, et per se et officiales suos in temporalibus et spiritualibus cognovit et cognoscere consuevit per dicta tempora de causis predictis in suis Curiis Lodove multando, precipiendo, sententiando, et precepta sive sentencias suas seu injuncxiones aut pignorationes alias exequendo seu fieri demandando juxta morem patrie et libertates, privilegia ac consuetudines approbatas ville Lodove, etiam secundum sanctorum patrum statuta, civilesque et canonicas sanxiones. Item dixit et proposuit quod ipse Raimundus et alii cives, incole, et habitatores Lodove pro contractibus, pactis et conventionibus inhitis cum canonicis, presbiteris, cappellanis, clericis, et aliis personis ecclesiasticis et beneficiatis tam dicte Ecclesie cathedralis Lodove et venerabilis Capituli ejusdem, vel aliis episcopatus Lodovensis, seu e contra, sanctis, celebratis in civitate et diocesi Lodovensi consuevit et consueverunt per dicta tempora respondere aut conveniri in Curiis dicti domini nostri Episcopi Lodovensis, domini dicti loci solum et in solidum, etiam pro causis et questionibus civilibus ortis et oriundis pro usaticis vel censibus dicto Capitulo per cives Lodove debitis, vel pro pignorationibus exinde de facto sequtis mandato dicti domini Episcopi seu curialium temporalium suorum per servientes ejusdem in bonis dictorum civium, que pignora, quociens locus existebat, sic per dictos servientes episcopales Lodove capta ad requisitionem cujuscumque persone seu familiaris dicti Capituli seu canonicorum ejusdem ad finem debitum deponebantur, et deponi consueverunt per dicta tempora penes obligatorum vicinos, donec mandato curialium temporalium dicti domini nostri Episcopi vendi vel distrahi juberentur, vel de questione, si qua ob hoc orta fuisset, per eosdem solum et in solidum cognitum fuisset et discursum, et hoc scientibus seu scire volentibus dictis canonicis, presbiteris, clericis et beneficiatis, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerunt, notorie et manifeste et citra cujuscumque contradictionem. Item dixit et proposuit quod ipse Raimundus et alii cives Lodove in possessione, consuetudine, sayzina et libertate predictis est, sunt et fuerunt per dicta tempora et citra, absque eo quod ipsi, pignorati vel non, respondere consueverint vel agere seu experiri coram dictis canonicis, seu aliis personis ecclesiasticis seu judi-

cibus quibuscumque, nisi solum et in solidum in presentia et Curiis dicti domini nostri Episcopi Lodovensis et curialium suorum; quinymo, quociescumque ipsum Raimundum et ceteros cives, incolas et habitatores Lodove ad requisitionem dictarum personarum ecclesiasticarum seu eorum familiarium vel procuratorum pro usaticis, censibus, preceptis vel debitis aut aliis exequtionibus pignorari contingebat vel contingit, pignora hujusmodi deponi debent et consueverunt per servientes Curie temporalis Lodove seu exequtores dictarum pignorationum penes vicinos congruos dictorum pignoratorum, absque eo quod dicta pignora traderentur vel assignarentur penes dictas personas ecclesiasticas vel aliquam ex eis, seu erga familiares ipsorum, aut in domibus propriis eorumdem. Item dixit et proposuit quod ipse Raimundus et ceteri cives, incole et habitatores Lodove, ubi de facto pignorabantur vel eos pignorare contingit, de ipsa pignoratione, si injuste facta sit vel fuerit per gentes episcopales, agere et experiri consueverunt contra dictos exequtores vel pignorum detentores solum et in solidum coram dicto domino Episcopo Lodovensi vel curialibus suis temporalibus, vel in Curia domini nostri Francorum Regis. Item dixit et proposuit quod noviter ad ipsius Raimundi pervenit auditum quod curiales dicti domini Episcopi interpellati sunt et requisiti, ut subigent ipsos cives nove et prejudiciali servituti et magno prejudicio, damnoque et lesioni dicte eorum possessionis, sayzine, et libertatum ipsorum per dictos canonicos, presbiteros, seu eorum procuratorem, ut, quociescumque de jure vel de facto ipsum Raimundum et alios cives Lodove ad requisitionem dictorum Capituli, canonicorum, et presbiterorum pignorari continget, eorum pignora sic capta asportentur et assignentur infra domum dicti Capituli Lodove, et ibi detineantur pro eorum voluntate, absque eo quod Curia dicti domini Episcopi detentionem seu cognitionem ipsorum pignorum habeat, sicut de jure habet et fieri consuevit. Quod fieri non debet; ymo, si fieret, cedit notorie et cederet in jure injuriam dampnumque dictorum civium et privilegiorum seu libertatum dicte civitatis per compromissum et pronunciationem inde subsequtam juratam per dominum nostrum Episcopum Lodovensem, et verteret in grave periculum juramenti prestiti per dictum dominum nostrum Episcopum Lodovensem domino nostro summo Pontifici tempore promotionis ejusdem, atque lesionem

juridictionis regie, cum de dictis clericis, si detinerent pignora predicta, ipsi cives justiciam obtinere non possent coram suo ordinario, prout consueverunt; ymo opporteret eos in justicia obtinenda fatigari variis sumptibus et quandoque vexati cedere juri suo, in quibus nedum dictus dominus Episcopus cognitionem suam, quinymo et dominus noster Rex resortum suum, quod habet in episcopatu Lodovensi, perderet ipso facto. Et quia dictus dominus noster Episcopus Lodovensis et curiales sui temporalem juridictionem suam deffensare tenentur, et est dictus dominus noster Episcopus Lodovensis juramento fidelitatis astrictus domino nostro Regi, nec debet subditos suos nove et prejudiciali servituti subponere, ymo ab ea et aliis quibuscumque novitatibus, dampnis et prejudiciis protueri et deffendere, idem Raimundus, protestando et non consensiendo requisitis, petitis et postulatis per dictos clericos seu eorum procuratorem, dicit et requirit ipsum et alios incolas et habitatores Lodove, sibi in hac parte adherentes et adherere volentes, in dicta eorum possessione, sayzina, privilegio, statutis, libertatibus et consuetudinibus dicti loci teneri et deffendi, et imponi silentium perpetuum dictis canonicis et personis ecclesiasticis requirentibus et interpellantibus fieri dictas novas servitutes prejudiciales et dampnosas dictis civibus Lodove et habitatoribus ejusdem, et ad eas easdem personas ecclesiasticas non admiti, sed ab eis repelli et rejici; alias protestatur contra dictum dominum Episcopum et curiales suos temporales de deffectu justicie, juris denegatione, et nova atque prejudiciali subigatione ac servitute dampnosa nedum dictis civibus et rey publice, quinymo juri et resorto domini nostri Regis, et de pena et juramento contentis in libertatibus, privilegiis et consuetudinibus dicte ville Lodove, et de omni alio jure et facti auxilio et subfragio sibi et aliis civibus Lodove competenti et competituro in hac parte.

Qua sedula lecta per me dictum Hugonem Robini coram dicto domino Vicario de verbo ad verbum ut in ea continetur, dictus dominus Vicarius peciit copiam dicte sedule et contentorum in eadem; et ad audiendum responcionem suam super contentis in dicta sedula diem sabbati proximam post proximum venientem festum Pentechostis dicto Raimundo Gaucelini assignavit.— Acta sunt hec in dicto consistorio; horum sunt testes magister Ste-

phanus Genesii, jurisperitus, Petrus Philippi, notarius de Lodova, et magister Hugo Robini, notarius infrascriptus.

Qua die sabbati et hora vesperarum, existens in dicto consistorio et coram dicto domino Vicario dictus Raimundus Gaucelini dixit et obtulit se fore paratum audire responcionem dicti domini Vicarii super contentis in dicta sedula, si quam ei facere velit. Et consequenter dictus Vicarius, cum nondum deliberaverit super contentis in dicta sedula, ad audiendum rationem suam super contentis in dicta sedula diem veneris proximam in terciis Raimundo Gaucelini assignavit.

Quibus die veneris et hora tercie superius assignatis, intitulata die vicesima octava mensis maii, existens in dicto consistorio et coram dicto domino Vicario dictus Raimundus Gaucelini dixit et se obtulit fore paratum audire responcionem ipsius domini Vicarii, si quam ei facere velit, super sedula predicta. Et consequenter dictus dominus Vicarius dixit et respondit contenta in predicta sedula, ut sequitur.

Et dictus dominus Vicarius respondendo sedule per dictum Raimundum Gaucelini tradite, acceptans de contentis in eadem quatenus pro ipso et pro domino Lodove Episcopo et Ecclesia sua Lodove faciunt et facere possunt, ceteris contradicens, dixit quod ipse non est nec unquam fuit intentionis, voluntatis nec propositi ad instanciam Capituli Lodove seu beneficiatorum in Ecclesia Lodove vel alterius cujuscumque, occasione contentorum et narratorum in dicta sedula nec alias, dictum Raimundum nec aliquem civem Lodove nove et prejudiciali subponere servituti, nec unquam, quod recordetur, aliqua fecit nec dixit propter que supponi deberent; ymo est et semper fuit [paratus] dicto Raimundo et cuicumque habitatori Lodove et dicto Capitulo et quibuscumque aliis subditis dicti domini Episcopi et de ipsis, quathenus ad eum pertinet, de et super contentis in dicta sedula et aliis, vocatis evocandis, facere et reddere bonum et breve justicie complementum; et de presenti responcione petiit sibi fieri publicum instrumentum.

Qua responsione facta per dictum dominum Vicarium, ibidem existentes in dicto consistorio coram dicto domino Vicario Johannes Martini, Andreas Melanquedas, Henricus Pondras, Guillelmus Fesqueti, Guillelmus Vinacii, Bernardus Navacii, Guillelmus Vallati, Deodatus Johannis, Jacobus Peyroneti, Duran-

tus Doas Mayhes, Bernardus Rigaudi, Augerius Daulacii, Petrus Vallete, Johannes Triayre de Lodova dixerunt quod ipsi adherebant et adherere volebant dicto Raimundo Gaucelini super contentis in dicta sedula superius inserta et per dictum Raimundum Gaucelini reddita. De quibus dictus Raimundus Gaucelini petiit sibi fieri publicum instrumentum per me Hugonem Robini, notarium publicum Lodove infrascriptum. — Acta sunt hec in dicto consistorio Curie temporalis Lodove ; horum sunt testes magistri Stephanus Genesii, jurisperitus, Raimundus Vabri, Petrus Philipi, notarii Lodove, et magister Hugo Robini, notarius publicus Lodovensis, qui de predictis omnibus notam recepit et scripsit, vice cujus ego Guillelmus Peret, notarius publicus Lodovensis, hec omnia scripsi et de nota predicta fideliter extraxi. Et ego idem Hugo Robini, notarius predictus Lodovensis auctoritate episcopali, huic publico instrumento me subscripsi et signo meo sequenti consueto signavi. H.

(Archives de Lodève).

CV

Analyse d'historique de la fortification de la ville au début de la guerre de Cent Ans

1351

..... certains articles en papier sans aulcun signe en forme probante, contenant comme antienement la Ville de Lodeve n'estoict que ce quy est despuis la porte de Brossennelle jusques a la porte devers l'archidiaconné et l'abbaye, et de la jusques a la tour dicte du Provost. En laquelle sité n'estoient que les esglises de S[t] Ginieys et S[t] André, l'abaye, avecque les cimitieres et maisons episcopalles et aultres apartenans a gens d'Eglize. Le reste de la ville n'estant aulcunemen clos, ains dessaparé ca et la despuis l'oratori jusques a l'hospital de S[nt] Thomas. Laquelle ville feust cloze et fermée l'an trois cens cinquante ung, a raison de la guerre quy estoict alhors contre les enemis du Roy. Auquel temps les sieurs ecclesiastiques furent constraints par le Seneschal de Carcassonne a ce fortiffier en leur syté, faire fossés despuis Brossonnelle jusques au Portalet, hoster certaines fenestres de la muralhe et fere aultres reparations et fortiffications de guerre, comme aussy il faict les habitans de la novelle ville. Par toutes lesquelles choses

les habitans prethendent les ecclesiastiques estre subgects a toutes les reparations et succides pour l'entretenement de toutes les choses publiques de lad. ville, admenans pour example les ecclesiastiques de Beziers et Narbonne, lesquels contribuent a chescune desd. chozes chescun en la ville.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, f° 16).

CVI

Donation de maisons et jardin faite par les époux De Cambous aux Carmes de Lodève pour y transférer leur couvent

8 MAI 1357

Anno Incarnationis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, scilicet die octava mensis madii, domino Johanne rege Francorum regnante, noscant omnes quod ego Pontius de Euseria, decretorum doctor, archipresbiter et canonicus Ecclesie Lodovensis, procurator et nomine procuratorio venerabilis et discrete Blanche, relicte discreti viri magistri Bernardi de Cambono, notarii regii quondam loci de Causseribus, diocesis Biterrensis, ac heredis universalis ejusdem, habens potestatem ac speciale mandatum ad infrascripta facienda.... sciens et atendens ac considerans dictum magistrum Bernardum de Cambono, quondam maritum dicte Blanche, habere devotionem ordini et religioni Beate Marie de Monte Carmelo, specialiter conventus Lodove, propter quod voluit quod quedam hospicia sua sita Lodove, inferius confrontata et designata, dari conventui ac fratribus Beate Marie de Monte Carmelo Lodove, si eorum domum, ecclesiam et conventum ad dicta hospicia mutare vellent et esset possibile faciendi; et predicta remisit voluntati et consciencie predicte Blanche, uxoris et heredis sue universalis... Et ideo ipsa volens predictam voluntatem predicti ejus mariti deducere ad effectum, ejusque devotionem adimplere, et ob hoc, cum ipsa ad dictam donationem faciendam vacare non posset, fecit et constituit me procuratorem; quapropter ego dictus Pontius de Euseria, procurator dicte Blanche, cupiens et affectans quamplurimum cultum divinum augmentare ad honorem et laudem Dei omnipotentis et beate Virginis Marie ejus matris, piamque voluntatem et devotionem predicti magistri Bernardi defuncti adimplere, sciensque et atendens fratres ordinis predicti Beate Marie de Monte Car-

melo eorumque hospicia esse situatos et situata Lodove in loco sinistro et remoto minusque publico, volensque, quantum possum, in predictis amore Dei et pro utilitate dicti ordinis et fratrum ejusdem providere, ac necessitatibus eorumdem subvenire, et locum publicum ac magis idoneum et comodiosum quam sit ille in quo nunc ipsi fratres Lodove moram trahunt eis procurare; idcirco, his omnibus atentis et consideratis et aliis atendendis, ego predictus Pontius de Euseria, procurator et procuratorio nomine quo supra, hac consideratione premonitus, cum hoc presenti instrumento nunc et in perpetuum firmiter valituro, previa et retenta in omnibus infra faciendis et dicendis auctoritate et voluntate domini nostri Pape ejusque sancte Sedis apostolice, et eo casu quo dicto domino nostro Pape ejusque sancte apostolice Sedi placuerit, et suam gratiam concesserit specialem fratribus et conventui de Monte Carmelo Lodove mutandi eorum monasterium, domicilium et ecclesiam ad hospicia infrascripta et ad locum ubi sunt situata... nomine et vice predicte Blanche, uxoris et heredis prefati magistri Bernardi de Cambono quondam universalis, et pro intentione pia sepe dicti magistri Bernardi complenda et exequenda, do, dono...... vobis religioso viro fratri Stephano Galhaci, priori domus Beate Marie de Monte Carmelo conventus predicti Lodove ..... cum conditionibus predictis et infrascriptis, quibus expresse ego predictus frater Stephanus Galhaci, prior dicti conventus, annuo et consentio, et illa semper in omni parte et in omni eventu tenere et servare illesa volo, videlicet quedam hospicia cum viridario eis contiguo dicte Blanche, et que quondam fuerunt dicti ejus viri, situata Lodove extra muros et ultra pontem fluminis Lirge, in loco vulgariter nuncupato *lo camp de l'ospital* sive carreria Sancti Thome, cum omnibus edificiis, juribus, introytibus, exitibus et pertinenciis suis, et que ad dicta hospicia et viridarium pertinent, pertinere possunt et debent, intus et extra, prout confrontantur ab una parte cum via publica qua itur a ponte Lirge versus ecclesiam Sancti Thome Lodove, et ab alia parte cum hospiciis domini Guillelmi de Curtibus, prioris ecclesie beate Marie de Velhuzacho, Ruthenensis dyocesis, et cum viridario dicti domini Guillelmi de Curtibus, et cum vouta sive androna qua itur versus campum in quo sunt *los tiradors* Petri Bederiens, Fulcranni Fornerii et Petri Cargaveyra et cum eorum aliis confrontationibus. Hanc autem donationem vobis dictis Priori et notario ut

supra stipulantibus facio de dictis hospiciis cum eorum pertinenciis propter affectionem et devotionem quam habeo et habet dicta Blancha, ac etiam habebat predictus jam deffunctus magister Bernardus, et ob Dei reverentiam et honorem et ad cultum divinum augmentandum et ampliandum, et specialiter et expresse ut domum vestram et habitationem et vestri ordinis conventus Lodove et ecclesiam ad dicta hospicia mutetis, et vos et bona vestra et dicti vestri conventus ibidem transferatis, et domicilium vestrum continuum ac residentiam perpetuam et continuam vos et vestri successores ibidem ad dicta hospicia faciatis et teneatis, salva etiam in omnibus et retenta voluntate sive assensu domini nostri Pape et reverendi in Christo patris et domini domini Episcopi Lodovensis. Hoc acto etiam et convento et in pactum solemne expresse deducto ac retento inter me dictum Pontium de Euseria, procuratorio nomine quo supra, ex una parte, et vos dictum fratrem Stephanum Gualhaci, priorem dicti conventus Lodove, pro vobis et dicto vestro conventu ex parte altera, quod vos et dictus vester conventus et vestri successores semper et in perpetuum teneamini facere et celebrare unum obitum generale anno quolibet in dicta vestra domo et ecclesia, ibidem construenda et edifficanda quam citius vos ibidem mutaveritis et dictam ecclesiam vestram, pro animabus nostris et dicti magistri Bernardi de Cambono defuncti et omnium de genere suo et dicte Blanche et omnium fidelium defunctorum, videlicet illa die quam elegerit dicta Blancha. Acto etiam et convento inter me dictum procuratorem et vos dictum Priorem, quod incontinenti habita licencia et auctoritate a predicto domino nostro Papa, et assensu etiam preffati domini Episcopi Lodovensis, de mutando et transferendo vos et monasterium vestrum et ecclesiam ad locum predictum pro perpetua residentia ibidem facienda, debeatis vos et dictum vestrum conventum, hospicium, et ecclesiam ad dicta hospicia mutare et transportare ; aliter et alias, si forte predicta facere et adimplere recusaretis quod dicta donatio dictorum hospiciorum habeatur pro non facta....

Hec donatio facta fuit Lodove ante portam ecclesie beati Genesii; horum fuerunt testes vocati et rogati venerabiles et discreti viri domini Guillelmus et Jacobus Lavernha, canonici ecclesie Lodovensis, dominus Petrus Rousolini, presbiter benefficiatus in dicta ecclesia, nobilis Guitbertus de Creyssello, dominus castri

de Bosco Sancti Martialis prope Valletam, Guillelmus Serras, domicellus, magistri Hugo Adzemarii, licenciatus in legibus, Stephanus Genesii, jurisperitus de Lodova, et ego Astorgius Guillelmi, notarius publicus Lodovensis, qui de predictis omnibus et singulis supradictis requisitus notas recepi ac scripsi, et in hanc formam publicam redegi et signo meo signavi subsequenti.

(Archives particulières).

CVII

Bulle du pape Innocent VI autorisant le transfert du couvent des Carmes et l'aliénation du local primitif

12 AVRIL 1359

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et Fratribus Beate Marie de [Monte] Carmelo extra muros Lodove salutem et apostolicam benedictionem. — Sacre religionis vestre, in qua Domino Deo redditur famulatus, promeretur honestas, ut quod statui vestro ad perseverantiam divini servicii opportunius cognoscimus vobis, quantum cum Deo possumus, favorabiliter concedimus. Exhibita siquidem nobis petitio vestra continebat quod vos propter maliciam temporis verissimiliter metuentes quod, si guerram contra civitatem Lodove, extra cujus muros locus vester existit, moveri contingeret, locus ipse vester, ne inimici in eo se receptare valerent, per rectores et cives dicte civitatis pro ipsius civitatis tuitione subito destruatur, ac volentes propterea periculis et damnis, que inde possent vobis accidere, salubriter obviare, locum ipsum in aliam partem de apostolice Sedis licencia deliberastis provide commutare : quare pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum ut providere super hoc de apostolice Sedis gratia dignaremur. Nos itaque, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, recipiendi et construendi et pro usu et habitationibus vestris, loco ipsius antiqui loci, habendi, perpetuo retinendi infra vel extra muros predictos, in loco tamen ad hoc congruo et honesto, magisque vobis ad ejusmodi evitanda pericula opportuno, per vos pia largitione fidelium aut alias legitime acquisito vel acquirendo, alium locum cum ecclesia sive oratorio, campanili, campana, cimiterio, domibus et aliis necessariis officinis, necnon alienandi prefatum locum antiquum et ejus pretium

in constructionem ipsius novi loci et alias necessitates vestras convertendi, felicis recordationis Bonifacii pape octavi predecessoris nostri prohibitione ne fratres ordinum mendicantium in aliqua civitate, castro et villa, aut alio loco quocumque, domos vel loca quecumque ad habitandum de novo recipere seu hactenus recepta mutare aut vendere vel alienare possint, absque apostolice Sedis licencia speciali plenam et expressam faciente de hujusmodi prohibitione mentionem, et qualibet alia constitutione contraria nequaquam ostantibus, jure tamen parrochialis ecclesie et cujuslibet alterius semper salvo, devotioni vestre plenam et liberam authoritatis apostolice licenciam elargimus, proviso quod ecclesia et cimiterium vestri primi dicti loci, seu territoria in quibus sita sunt in usus prophanos velut hereditas minime transferantur, et quod in ecclesia ipsa, quandiu ibi remanere contigerit, per idoneum sacerdotem desserviatur laudabiliter in divinis; vobisque nihilominus indulgemus quod vos et alii fratres dicti ordinis qui in dicto novo loco, postquam constructum fuerit, pro tempore [residenciam] facietis, gaudeatis singulis privilegiis, graciis, exemptionibus et libertatibus quibus et alii fratres, qui in dicto loco priori fuerunt pro tempore, concessione apostolica gaudebant. Nulli ergo hominum, etc. — Datum Avenione secundo idus aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

(Archives particulières).

CVIII

Contrat d'échange de terrains fait entre les Carmes et l'Évêque à l'occasion du transfert du monastère

10 MAI 1359

Anno Incarnationis Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, scilicet die decima mensis maii, domino Joanne rege Francorum regnante, noverint universi quod existentes et personaliter constituti ac ad sonum campane ad infrascripta congregati, et capitulantes et capitulum quoad infrascripta facientes, apud Lodovam, infra monasterium domus Beate Marie de Monte Carmelo infra refectorium dicte domus, fratres Stephanus Galhaci, prior dicte domus, Benedictus Molinas, Guillelmus Pontii, Guillelmus Roberti, Berengarius Fabri, Pontius Boverii, Petrus Bernardi, Joannes Alegres, Joannes de Volio, Raymundus

Seguini, Bernardus Boneti, Petrus Arnaudi, Joannes Gayrardi, Bernardus Rayne, ex una parte, et reverendus in Christo pater dominus Bernardus, divina gratia abbas Sancti Aphrodisii Biterrensis, ac venerabilis vir dominus Bernardus de Villanova, canonicus Lodove, vicarii generales in spiritualibus et temporalibus reverendi in Christo patris et domini domini Gilberti, divina gratia Lodovensis episcopi, ex parte altera; dictique patres et fratres dicti conventus.... considerantes utilitatem eorum, ut dixerunt, et dicte domus, monasterii et conventus, dixerunt eis esse expediens et utile facere coram ipsis dominis Vicariis generalibus dicti domini Episcopi et coram dicto domino Episcopo permutationes et excambia subsequentia infrascripta...

Per se suosque in dicto monasterio et conventu successores, pari consensu donaverunt et cesserunt in excambium et permutationem, et jure justi excambii seu permutationis ab nunc et in perpetuum tradiderunt, seu quasi tradiderunt, predictis dominis Vicariis generalibus predicti domini Episcopi presentibus et pro dicto domino Episcopo et ejus Ecclesia Lodovensi legitime et solemniter stipulantibus et recipientibus...... videlicet totum quoddam tenementum hortorum, camporum et terrarum, quod dictum monasterium et conventus situm habet seu habebat infra septa et tenementum dicte eorum domus, scilicet totum quidquid habebant et habent a pariete qui est adversus Montem Bruni, et in quo intratur per portam majorem dicti conventus, monasterii et dicte eorum domus a parte sinistra, recta linea ascendendo versus vineas que sunt diversarum gentium Lodove situatas super ecclesiam et refectorium dicte domus, usque ad portale vocatum de Verdu, sive sint hospicia, horti, terre culte vel inculte, columberium, seu alie res immobiles quecumque, prout dictum tenementum confrontatur cum via publica qua itur de porta vocata Solumedri versus barrium et castrum Montisbruni, et cum capite ecclesie et refectorii dicte domus, et a parte sinistra cum vinea Raymundi Torrelhas; tamen sciendum est quod linea ascendendo adversus vineas superiores incipiet confrontari, ne fiat prejudicium ecclesie et refectorio, a pariete secunde porte post majorem, per quam secundam portam intratur in tenementum supradictum dictis dominis Vicariis dicti domini Episcopi in excambium concessum...

Et vice versa predicti domini Vicarii generales predicti domini

Episcopi Lodovensis..... ex causa excambii et permutationis..... dederunt, cesserunt et concesserunt, tradiderunt seu quasi tradiderunt predicto Priori Carmelitarum Lodove et ejus conventui presentibus, et pro se et suis successoribus in dicta domo Beate Marie de Monte Carmelo legitime et solemniter stipulantibus et recipientibus, videlicet omnes census, usatica, laudimia, jura prelationis, incursionis et pre ceteris retinendi, quas dictus dominus Episcopus et ejus Ecclesia Lodovensis habet et percipit seu habere et percipere potest, per se et suos successores, in feudis et super feudis, prediis et possessionibus emphiteotariis, que a dicto domino Episcopo et sub ejus directo dominio tenentur, vel a suis predecessoribus teneri consueverunt, et situatis ab hospicio Guillelmi Fulcranni, hostalerii Lodovensis, usque ad vallatum vocatum de *Rivaudrac*, cum omnibus juribus.....

Acta fuerunt infra predictum refectorium dicte domus in presencia et testimonio venerabilis viri domini Petri Villani, licenciati in legibus, officialis Lodovensis, nobilis Ramundi de Villanova, condomini castri de Monte Petroso, dominorum Guiraudi Austorelli, subsacriste Lodove, Hugonis de Izarno, prioris de Moresio, magistrorum Stephani Genesii, jurisperiti, Augerii Ventose, nati Lodove, nobilis Fredoli de Maderiis, condomini castri de Albaygua, et magistri Raymundi de Verneda, quondam notarii publici Lodovensis infrascripti.

(Archives particulières).

CIX

Lettres du duc d'Anjou, lieutenant du Roi en Languedoc, interdisant la levée dans le diocèse de Lodève des sommes dont le Comte de Foix avait fait rémission aux Communautés de Languedoc par lettres y insérées

5 JUILLET 1366

Ludovicus, regis quondam Francorum filius, domini nostri Regis germanus, dux Andegavensis et comes Cenomanencis, locum tenens domini nostri Regis in partibus Occitanis, senescallo Carsassonne et judici parvi Sigilli regii Montispessulani ac magistro Guillelmo de Chonchis, procuratori regio senescallie Carcassone et Bitteris, aut eorum loca tenentibus et eorum cuilibet in solidum, salutem. — [Quum] ex parte consulum Giniaci, Clarimontis, et sigil-

lariorum Lodove ac nonnullarum comunitatum senescallie Carcassone intellexerimus graviter conquerendo quod, licet dilectus et fidelis Gastonus, comes Fuxi et dominus de Biarne, consobrinus noster, anno Domini millesimo trescentesimo sexagesimo quarto circa festum Nativitatis Domini, de gratia speciali remiserit et quitaverit omnibus universitatibus lingue occitane omnia in quibus sibi tenebantur, ratione cujusdam financie per dictas universitates facte et inhite cum eodem, prout de premissis per litteras patentes et pendentes dicti Comitis et consobrini nostri tenore qui sequitur continentes : «Gaston, per la gracia de Diu, comte de Foys, senhor de Bearn, vesconte de Marsan et de Gavardan, a trastos et senclos las presens letres esgardados, salut.— Recorde vos que, per autres letres autreiadas entor la festa de Nadau l'an MCCCLXIIII, nos per certanas causas et de gracia special aven remetut e quitat generalmens a totes les communes de lenga d'oc tote la reste que dar nos devon per lors finansas, et mandat a totz nostres recebedors que d'aqui avant ren non demandesson ni prentosson per non de nos, et cum ayam entendut per relation et querelhe de las comunas de la senescalsia de Carcassona que B. Andreu de Villa Franqua o sos factors, despuys et contre la forma de la diste gracia, los han fait pagar augunas summas de pecunie et fort obligar de plus pagar per causa de la diste finanse, nos volem que tot ques trobera que prees n'ayon, los sia restituit dou temps ensa que la diste gracia fou feita, et revocam et anulam totes obligations ques troberan esser feitas en prejudici de la dista gracia, volens que las dites communas s'en gaudescant. — Dad a Ortez lo XVIII jorn de jun l'an de messh. MCCCLXVI ; de junts mon propri sagel en pendent. Febus.», nobis extitit facta fides, nichilominus Bernardus Andree de Villa Franca et Petrus Olive, ejus factor seu procurator, taciti de premissis, pretendentes se habere potestatem a dicto Comite et consobrino nostro predictam financiam levandi et exigendi, contra dictam graciam et in ejus prejudicium, virtute litterarum regiarum seu senescallie Carcassone subrepticiarum, quas taciti de premissis obtinuerant (1), ab aliquibus dictarum comunitatum non-

(1) Ms. quia tacito de premissis obtentarum. — La copie du notaire renferme quelques négligences. En respectant celles d'orthographe, nous rétablissons ici ce qu'exige le sens, tenant compte des erreurs que pouvait faire naître la ressemblance des abréviations.

nullas et magnas pecuniarum quantitates exigerunt, et per aliquos sibi ipsis pro causa predicta et interdum causa mutui fecerunt incantari ad vires dicti parvi Sigilli et alias, prout in instrumentis inde factis dicitur contineri, preter et contra voluntatem dicti Comitis Fuxi, quod cedit in dampnum dictarum comunitatum totiusque rei publice et justicie lesionem. Unde dicti consules, sigillarii et alie comunitates nobis supplicaverunt sibi super premissis de benivolo remedio provideri. Quocirca nos eorum supplicacionibus favorabiliter annuentes, [ut] tenemur, ad dictorum consulum, sigillariorum et aliarum comunitatum instantias, vobis et vestrum cuilibet districte precipiendo mandamus, comitendo, si sit opus quantum, ipsos et alias comunitates dicte senescallie libere dicta gracia eis facta et impensa per dictum Comitem gaudere faciendo et permitendo, ipsos consules, sigillarios et alias comunitates ad solvendum quitquam dictis Bernardo et Petro pretextu obligationum eis factarum pro premissis, veritate inspecta, licet ficte aliquo facte fuerint causa mutui, in prejudicium dicte gracie et contra ejus tenorem nullathenus compellatis, nec a quoque compelli permitatis, facta et attentata in contrarium, visis presentibus, revocando. Et nichilominus quidquid inde levatum et exactum per dictos Bernardum et Petrum aut alterum eorumdem reperietur contra tenorem gracie antedicte, et de quibus vobis liquebit, dictis consulibus, sigillariis et comunitatibus et eorum cuilibet juxta tenorem dicte gracie reddi et restitui faciatis, ipsos Bernardum et Petrum ad hoc per bonorum suorum captionem personarumque suarum arestationem et aliis juris remediis opportunis viriliter compellendo, mandantes omnibus subditis regiis ut vobis et vestrorum cuilibet in premissis et ea tangentibus et emergentibus et dependentibus ex eisdem pareant et intendant, prestentque, si opus fuerit, consilium, auxilium et juvamen, si fuerint requisiti, literris in contrarium impetratis et subrepticie impetrandis, viribusque dicti Sigilli parvi, oppositionibus, appellationibus, recusationibus et subterfugiis frivolis non obstantibus quibuscumque. — Datum Bellicadri quinta julii anno Domini millesimo trescentesimo sexagesimo sexto.

(Archives de Lodève : registre contenant transcription des actes relatifs au droit de régale des Evêques de Lodève).

CX

Analyse de lettres de Louis d'Anjou, gouverneur de Languedoc, sur les conditions de recrutement des sergents

5 AVRIL 1370

Item littere Gubernatoris lingue occitane, Ludovici, quondam regis Francorum filii, inhibentes ne quis serviens in dyocesi Lodovensi moram trahat sine licencia Episcopi Lodovensis, nisi ex ipsa oriundus esset dyocesi vel in eadem conjugatus. — Datum in Villanova prope Avenionem die v^a^ apprilis anno m° iii° lxx°.

(Répertoire de Briçonnet, f° iii B).

CXI

Analyse d'ordonnance par l'évêque Clément de Grammont sur la garde du château de Montbrun

1388

Clemens, Lodovensis episcopus, per modum provisionis super contentionem Vicarii Lodove, quam habebat cum hominibus de barrio Montisbruni super excubiis in dicto castro fiendis, ordinavit ut, quando cives Lodovenses faciant super muris eorum excubias, quod ipsi de dicto barrio dabunt duos in castro ; et, si metu hostium contingat illos de civitate multiplicari, dicti de barrio dabunt quatuor. Si tamen tempore hostilitatis dicti de barrio vellent ad dictum castrum causa tuitionis bonorum suorum confugere, apperiri debet illis castrum. — Actum Avinione in domo sue habitationis anno a Nativitate m° iii° [lxxx]viij° indictione xj^a^ et die xxix^a^ augusti.

(Répertoire de Briçonnet, f xii B).

CXII

Lettres d'ensaisinement du Juge de Gignac au sujet d'engins de pêche établis dans Lergue

16 JUIN 1389

Bernardus Baudranni, jurisperitus, secretarius domini nostri Regis ac illustrissimi principis et domini domini ducis Bitturi-

censis et Alvernie, comitis Pictavensis, et locum tenentis domini nostri Regis predicti in partibus Occitanis et ducatu Acquitanie, judex regius Giniaci, dilecto nostro magistro Stephano Barrerie, licenciato in legibus, salutem.—Querelam Petri Fulcrandi, habitatoris Lodove, pro se et aliis in hac parte sibi adherentibus et adherere volentibus comuniter et divisim, recepimus continentem quod, licet ipse Petrus et alii homines singulares et habitatores Lodove sint in possessione seu quasi et saysina piscandi, et tezuras seu retia sua piscatoria, cujuscumque generis seu artis existant, immiscendi in flumine Lerge, quod transit juxta locum sive subtus pontem Lodove, et in aliis fluminibus, riperiis seu rivis in juridictione Lodove existentibus, et hoc a xxx, xl et centum annis citra et ultra et a tanto tempore quod sufficit ad bonas possessiones et saysinam acquirendas et acquisitas retinendas; cumque Balmesius Benedicti, Guillelmus Calmaci, Petrus Albigesii, Guillelmus Sperit et alii plures pauperes dicti loci piscatores ad sustentacionem ipsorum et sue familie quedam instrumenta piscatoria vulgariter vocata canalia arundinarum sive canarum sumisissent, haberent et per aliqua tempora tenuissent in dicto flumine Lerge ante molendinum de *la Yrla* et in aliis diversis locis dicti fluminis, causa pisces piscandi et capiendi, ut inde ex ipsis piscibus valerent habere pecunias ad sustentacionem eorum et liberorum suorum, nichilominus dominus episcopus Lodove, seu Jossellinus Leschopier, ejus procurator et familiaris, Johannes de Sancto Floro et Guillelmus Gaudalis, dicti domini episcopi servientes, hodie mane inter horam prime et tercie tezuras canalium predictarum in dicto flumine existentes de facto infringerunt seu fregerunt infra flumen predictum cum securibus, ipsasque fractas per eumdem flumen recedere fecerunt et permiserunt. Et ulterius ex post eadem die dictus dominus episcopus seu ejus officiarii, per loca et cadrivia consueta in loco Lodove, publica voce preconia preconisari fecit seu fecerunt quod nullus, cujuscumque condicionis existat, in dicto flumine Lerge piscari audeat cum tezura vocata *esparvier* seu quacumque alia vetita, et hoc sub pena certa per ipsos apposita, in dictorum Petri singulariumque hominum dicti loci sibi adherentium et adherere volentium in hac parte jacturam et detrimentum, ipsosque, quantum in eis fuit, privando, spoliando et denudando suis predictis possessione seu quasi et say-

sina, si sit ita. Quocirca per dictum querelantem, pro se et sibi in hac parte adherentibus et adherere volentibus communiter vel divisim, extitit nobis supplicatum quatenus, juxta mentem et tenorem statuti querele super novis dissaysinis, locum debati adhiremus seu adhiri faceremus, et vocatis seu adhibitis nobiscum probis viris seu testibus, si novam dissaysinam seu impedimentum vel turbam in predictis inveniremus factas, debatum et novam dissaysinam et turbam predictam ad manum regiam poneremus, et dictum Petrum et adherentes et adherere volentes in hac parte ressaysiremus, canaliaque predicta seu earum valorem dictis piscatoribus restitui faceremus, et alias simpliciter et de plano et sine strepitu et figura judicii procederemus, juxta mentem et tenorem antedicti statuti, cujus tenor talis est :

Querele super novis dissaysinis non veniant in parlamentum, sed quilibet baylivius in baylivia sua, vocatis secum probis viris, adheat locum, et sine strepitu et figura judicii sciat et se informet, si sit nova dissaysina seu impedimenta seu turba, et, si invenerit ita, etiam faciat ressaysiri locum, et interim accipiat ad manum regiam, et faciat jus partibus coram se vocatis.

Quocirca vobis, de cujus fidelitate et industria confidimus, comittimus et mandamus quod ad loca opportuna personaliter accedens, cum nos ad exequtandum premissa comode vacare nequeamus aliis negociis tam regiis quam nostris propriis occupati, arrestum predictum de et super contentis in premissis juxta suum tenorem exequamini diligenter, nam quoad predicta vobis comittimus vices nostras, subditis nostris et partibus quarum interest mandantes, non subditis requirentes, ut vobis pareant in premissis.— Datum Giniaci die sextadecima junii anno Domini m° III° octuagesimo nono. Baudranni.

(Archives de Lodève).

CXIII

Analyse de licence donnée par le Juge de Lodève aux Sigilliers de lever une taille sur les vivres

4 AOUT 1389

Judex presentis civitatis licensiavit sigillarios Lodove de levando certum tallium super rebus edibilibus, pane, blado, vino et fructibus. — Anno m° III° lxxxix° iiij^a augusti.

(Répertoire de Briçonnet, f° XIV v° G).

CXIV

Analyse d'autorisation donnée par le Viguier de l'Evêque aux habitants de s'assembler pour nommer des conseillers

27 FÉVRIER 1393

Anno m° III° nonagesimo IJ° xxvij^a februarii per Vicarium domini Lodovensis Episcopi fuit data licentia habitatoribus civitatis Lodove de se congregando et consiliarios et sindicos eligendo, qui inde fuerunt per ipsum Vicarium confirmati et in manibus suis prestiterunt juramentum.

(Répertoire de Briçonnet, f° XIV C).

CXV

Missive des Consuls de Montpellier à leurs collègues de Lodève pour les prévenir de l'approche des gens d'armes

6 DÉCEMBRE 1395

Als honorables et discretz senhors Cossols et cosselhiers
de Ginhac, nostres cars et especials amix,
de Clarmon,
de Lodeva,

Honorables senhors et nostres especials amycz, nous nos recomandam a vos tant coma podem, et vos plassa saber que hier, que teniam v d'aquest mes, nos resseupem certanas letras, per lasqualas nos fonc escrig cossi las gens d'armas que an fach la descofida en la val de Chalanco dels barons et autras personas noblas del Dalphinat, lauzat sia Dieus d'aquela jornada! son el pies d'Avinhon de lay lo Rose, et an combatut la Bastida d'Espanha, et se appropion et efforson de jorn en jorn de passar lo Roze et intrar dins lo rialme. Et per so qu'an ores ignoram lo camin que devon farre, nos avem dispausat per honor del Rey nostre sire e nostre degut fayre, et per l'amor et consederation que es estada et es entre vos et nos, de vos avizar et certifficar del mandamen que avem agut; et, si autra causa endeven de novel sur aquestas et autras causas, nos vos certifficarem et a plen lo plus tost que poyrem. Et vos plassa de certifficar ne los luocz que vos son circumvicins, affin de evitar tot perilh et escandol, et que las dichas

gens d'armas non aion occasion de occuppar negun luoc quar, ayssi quant nos es estat repportat, els son gens de diversas et estranhas nassions et dampneçon grandamens lo pays et gens per aqui ont passon. Et, si vos plas causa que nos puescam, escrives nos per lo portador de las presens, lo qual vos envian per expres, car nos ho accomplirem tres volontiers.

Lo Sant Esperit vos aia totz en sa santa garda.—Escrich a Montpellier quel VI dezembre.

Cossols de Montpellier bons amix vostres.

Donas si vos plas al portador VI gros.

(Arch. mun. de Montpellier, grand chartrier, arm B, cass. XV, pièce papier, copie).

CXVI

Réponse des Sigilliers de Lodève à la précédente lettre

9 DÉCEMBRE 1395

Als honorables et discretz senhors Cossols et cosselhiers de Montpellier, nostres cars et especials amix.

Tres cars et redoptables senhors et nostres specials amix, nos nos recomandam a vos tant coma podem, et plasia vos assaber, senhors, que huey a IX de dezembre nos avem receuput vostras letras contenens que alcunas gens d'armas se profosson de passar otra lo Roze per venir de la part de say, et intrar el rialme, et que vuelham estar avizatz et avizar nostres vezis, la cal causa, nostres cars senhors et bos amix, nos vos regraciam tant coma podem. Et se vos plas deguna causa que nos puescam far per vos, estimes nos, car nos ho farem a tot nostre poder tres voluntiers.

Lo Sant Esperit vos aia totz en sa sancta garda.—Escrig a Lodeva a VIII (1) de dezembre.

Los sageliers de Lodeva bos amix vostres.

(Arch. mun. de Montp., grand chartrier, arm. B, cass. XV, pièce papier, original portant au dos : recepta XIII dezembre LXXXXV).

(1) On remarquera la différence de date avec la mention du corps de la lettre, probablement rédigée le 8 et mise au net le 9, jour du départ

CXVII

Procès-verbaux d'élection ou nomination des magistrats municipaux et des divers officiers de la Ville

XIVe-XVe SIÈCLES

Sigilliers

(Premier mode)

XIVe SIÈCLE

Anno Incarnacionis Domini millesimo trescentesimo quinquagesimo quinto, scilicet in die Ramispalmarum, domino Johanne Dei gratia rege Francorum regnante, noverint universi quod, congregatis civibus universitatis Lodove utriusque sexus in processione ipsius diei fieri consueta in villa Lodove, coram reverendo in Christo patre domino Roberto, divina gratia Lodovensi episcopo, videlicet in plano de Bossanela Lodove, statim facto et dicto sermone fieri in dicta die consueto, dicti cives, juxta et secundum formam et consuetudines Lodove approbatas, elegerunt et nominaverunt, pro anno presenti sequenti immediate, sigillarios ad custodiendum sigillum civitatis Lodove, videlicet Guillelmum Guersi, mercatorem, Johannem Salsani, basterium, et Durantum Tiffi, laboratorem terre. Quos sic nominatos dicto domino Episcopo ad custodiendum dictum sigillum recipi per eumdem petierunt, juxta et secundum formam et consuetudines Lodove approbatas, et ad prestandum juramentum in talibus prestari consuetum. Et dictus dominus Episcopus, facta dicta creatione dictorum sigillariorum per dictos cives, et audita nominatione de eisdem et eorum quolibet, recepit et habuit juramentum ab eisdem et eorum quolibet.

Modus juramenti prestandi per sigillarios Lodove sequitur et est tale :

Nos tales juramus ad sancta Dei quatuor evangelia a nobis et quolibet nostrum corporaliter tacta in manibus vestris reverendi in Christo patris et domini nostri domini N, miseratione divina Lodovensis episcopi et comitis Montisbruni, et promitimus quod nos erimus vobis et ab inde in anthea et successoribus vestris Episcopis Lodovensibus canonice intrantibus, et Ecclesie vestre Lodovensi boni et veri, fideles et obedientes ac universitati eciam fideles civitatis Lodove, sigillumque ejusdem universitatis

bene et fideliter, omni dolo et fraude cessante, custodiemus et cum eodem in aliquibus contractibus inter aliquos inhitis ad robur aliquod vel geste testimonium non utemur, sed nec cum eodem sigillo universitatem alicui obligemur. Item juramus et simile juramentum vobis dicto domino Episcopo prestamus nichil cum dicto sigillo aliud sigillare, nisi salutatorias litteras et non obligatorias, nec ipsas in prejudicium juris et honoris Episcopi seu Ecclesie Lodovensis nec in dampnum universitatis predicte (1).

Tamen dictus dominus Episcopus protestatus fuit quod propter premissa per ipsum facta non intendit prejudicare consuetudinibus Lodove approbatis et per dominum Guidonem, tunc archiepiscopum Narbone, pronunciatis, nec ullum prejudicium generari. Et etiam dicti cives protestati fuerunt quod propter premissa per ipsos facta non intendunt prejudicare consuetudinibus Lodove approbatis et per dictum dominum Guidonem, tunc archiepiscopum Narbonensem, pronunciatis, nec aliis usibus, possessionibus, et sayzinis, et consuetudinibus eorum, nec ullum prejudicium generari. De quibus dicti cives et dictus dominus Episcopus pecierunt cuique eorum fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum.— Acta fuerunt hec Lodove in dicto plano de Bossanela ; testes fuerunt dominus Guiraudus Austorelli... et magister Raimundus Benedicti, notarius publicus Lodovensis, qui requisitus, etc.

(Archives de Lodève).

(Deuxième mode)

XVe SIÈCLE

In Xristi nomine amen. Anno ab Incarnacione ejusdem millesimo quatercentesimo tricesimo quinto, scilicet die sabbati ante diem dominicam Ramispalmarum dicti anni intitulata decima mensis aprilis, domino Karolo Dei gratia Francorum rege regnante, et reverendo in Xristo patre et domino domino Petro miseratione divina Lodovensi episcopo comiteque Montisbruni presidente, mandati per discretos viros Bernardum Solayrolis, regentem in nomine regio et pro majori escala officium sigillariatus ville Lodove, et Georgium Berlandi et Johannem Ambayrani, alios duos

(1) Nous intercalons ici la formule in-extenso du serment, couchée sur une feuille volante d'un registre de Textoris, notaire à Lodève, et que le procès-verbal de 1355 résume en quelques lignes.

sigillarios pro secunda et tertia escalis dicte ville, venerunt et in domo comuni dicte ville Lodove ipsa die circa horam crepusculi dicte diei, coram eisdem regente et sigillariis, pro facienda electione infrascripta juxta modum fieri consuetum, se personaliter representaverunt discreti viri Philippus Rosseti, Guillelmus Roderii, Guillelmus Escoti, Johannes Cabareti, Johannes Escolerii junior, Guillelmus Guavag, Johannes Hereterii, omnes consiliarii dictorum regentis et sigillariorum pro dicto anno presenti deputati, pro se et Guiraudo Jordani, alio conconsiliario, a civitate et dyocesi Lodovensi pro nunc absente. Qui discurrendo unus post alium per voces super materia dicte electionis pro eligendo pro dicto anno sequenti, die crastina incipiendo, alios et novos sigillarios, major et sanior pars dictorum regentis et sigillariorum et etiam consiliariorum predictorum, et per consequens omnes dicti regens et sigillarii et etiam consiliarii, paucis exceptis, sufficienter informati, ut dixerunt, de ydoneytate, legualitate, probitate et morum honestate discretorum virorum Johannis Artaldi et Deodati Andree, civium Lodove, advento quod manus regia nondum est amota de questione sigillariatus dicte prime escale, que adhuc litiguatur cum Francisco de Ayguablanca et aliis cum eodem pactum facientibus, et sic per consequens pro prima escala electio fieri non potest, obstante impedimento predicto, eosdem Johannem Artaldi et Deodatum Andree in novos sigillarios pro dicto anno sequenti die crastina incipiendo, et pro dictis duabus escalis, secunda et tertia, elegerunt et etiam nominaverunt, proviso tamen quod dicta die crastina, que est dies Ramispalmarum, principium dicti anni, pro juramento prestando in forma debita et consueta dicto domino Lodovensi Episcopo et Comiti per cives Lodove ibidem congregandos debeant presentari. Et de dicta electione et nominatione dicti regens et sigillarii ac etiam consiliarii voluerunt et concesserunt dicte communitati Lodove, si necesse fuerit, fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum. — Acta fuerunt hec Lodove in domo comuni predicta, presentibus omnibus superius nominatis et non pluribus, cum nunc consuetum extiterit plures [non] debere evocari propter secreta concilii non revelanda, quousque dicta electio extiterit publicata, et me Augustino Adzemarii, publico regia auctoritate Lodovensi notario, qui in premissis omnibus presens fui, eaque sic fieri vidi et au-

divi, et de eisdem requisitus instrumentum sumpsi in testimonium omnium premissorum.

Post que, anno predicto millesimo quatercentesimo tricesimo quinto et die undecima mensis aprilis, dicto domino Karolo Dei gratia Francorum rege regnante, et reverendo in Xristo patre et domino domino Petro Dei gratia Lodovensi episcopo comiteque Montisbruni presidente, noverint universi quod venientes et se personaliter representantes ipsa die juxta modum et formam fieri consuetos in plano de Bossanella Lodove, ubi dictum officium solempne fiebat et sollempnizabatur, et coram venerabili et circumspecto viro Bernardo Robini, in decretis licenciato, canonico Ecclesie Lodovensis vicarioque generali in spiritualibus et temporalibus dicti domini Lodovensis Episcopi et Comitis, eodem domino Vicario ibidem et in dicto plano desuper quandam cathedram lapideam more presidiali, ad pedem cujusdam arboris vocati fanabregol, pro tribunali suo sedente, et officium ipsius diey per se et servitores alios cum capis et aliis indumentis rubeis sollempnizante, et dicto sermone ibidem ipsa die, prout similiter fieri consuetum, videlicet discreti viri Georgius Berlandi et Johannes Ambayrani, duo pro secunda et tertia escalis sigillarii ville Lodove de anno proxime lapso, finita die extrema que erat dies sabbati decima mensis predicti aprilis, orguano discreti viri magistri Johannis Maffeni, in legibus bacallarii, hujusmodi materiam adrenguantis pro et nomine venerabilis et circumspecti viri domini Johannis Martini, in decretis licenciati et bacallarii in legibus, assessoris dictorum sigillariorum ville Lodove, in remotis agentis, facta protestatione primitus et ante omnia quod per ea que dicat seu requirat nomine universitatis predicte non intendit aliquid dicere seu requirere in prejudicium jurium et libertatum in quibus villa est, et esse consuevit a tanto tempore citra quod de contrario memoria hominis non existit, de eligendo et presentando tres sigillarios singulis annis die predicta dicto domino Lodovensi Episcopo pro juramento prestando prestari consueto, dixcerunt quod de eligendo primum sigillarium pro dicta prima escala concilium ville Lodove cessavit metu penarum in litigio seu litigiis dicti sigillariatus interpositarum in questione, pro qua litiguatione per Franciscum de Ayguablanca cum certis sibi adversariis in dicta causa, pro qua et cujus occasione litiguatur inter partes predictas in Curiis Giniaci et Carcassone domini nostri Regis

et alibi. Et ibidem existens discretus vir magister Raimundus Mazarandi, ut procurator dicti domini Lodovensis Episcopi contra dictos litiguantes seu alterum ipsorum, alia dixit in materia; de quibus fieri peciit et requisivit instrumentum per magistrum Johannem Textoris, notarium Lodove. Iidemque sigillarii orguanno dicti Maffeni, ut supra, verbo dixerunt et dicto domino Vicario notifficaverunt quod ipsi iidem sigillarii cum eorum consiliariis eciam, juxta modum fieri consuetum, elegerunt duos sigillarios pro dicto anno presenti et pro dictis secunda et tertia escalis, dimissa prima per raciones predictas, quos ibidem evocari fecerunt seu requisiverunt. Quibus peractis, petierunt et dicto domino Vicario generali supplicaverunt quatenus dictos electos in sigillarios ad dictum officium per eosdem fideliter exercendum ad unum annum tanquam ydoneos admittat, et ab eisdem juramentum recipiat per predecessores sigillarios prestari consuetum. Et dictus dominus Vicarius generalis, audita dicta exposicione et supplicacione, atento quod satis est informatus quod antiquitus ita fieri consuetum, tam per consuetudinem ville Lodove per modum publici et autentici instrumenti confirmatam quam alias predictos superius nominatos et per dictum concilium ville Lodove nomine universitatis predicte electos ac eciam presentatos, atento quod constat sibi per relacionem fidedignorum de ydoneytate predicta, ipsos et quemlibet ipsorum admisit tanquam ydoneos, approbatos et sufficientes ad excercendum officium hujusmodi sigillariatus; et nichilominus ipsos et quemlibet ipsorum, unus post alium, jurare fecit, et juraverunt ad et super sancta quatuor Dei evangelia, ab eisdem et quolibet ipsorum coram eodem domino Vicario generali et in manibus suis corporaliter et manualiter gratis tacta, quod in hujusmodi officio sigillariatus per eosdem fideliter exercendo ad bonum honoremque et utilitatem domini nostri Regis dictique domini Lodovensis Episcopi et Comitis, et Ecclesie sue Lodovensis, ac eciam tocius rei publice dicte ville et habitantium in eadem, bene et fideliter se habebunt, utilia dicte universitatis procurando et inutilia pro viribus evitando, sigillumque dicte universitatis bene et fideliter custodient et cum eodem non sigillabunt, nisi tantummodo litteras salutatorias et non obliguatorias quovismodo. Et alias dictum juramentum prestiterunt per modum et formam per quos acthenus per predecessores sigillarios coram eodem domino Lodovensi Epis-

copo et predecessoribus aut eorum officiariis extitit prestari consuetum. De quibus omnibus et singulis supradictis dicti cives orguano dicti Maffeni petierunt pro parte Ville fieri publicum instrumentum per me notarium supra et infrascriptum dictatum vero, si sit necesse, consilio sapientis vel sapientium, licet grossatum fuerit vel non grossatum, aut in judicio productum ad utilitatem et comodum partium predictarum, facti vero substancia non variata in aliquo seu mutata, sed in et pro omnibus observata. — Acta fuerunt hec Lodove ubi supra; testes fuerunt venerabiles domini dominus Johannes Salvanh, canonicus ecclesie Lodovensis, Petrus Grandis, Bernardus Roberti, presbiteri in ecclesia Lodovensi beneficiarii, Guillelmus Escoti, Fulcrantdus Somondi Lodove, et ego Augustinus Adzemarii, publicus regia auctoritate Lodovensis notarius, qui requisitus de predictis notam recepi et scripsi, hocque presens instrumentum inde abscripsi, quod et signo meo sequenti signavi in testimonium omnium et singulorum predictorum.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires, 10 avril 1435).

Conseillers

In crastinum [diei Ramispalmarum], que erat dies lune XVII mensis aprilis, dicti Bernardus Solayrolis et Bernardus Almerassii [sigillarii], pro provisione fienda de consiliariis pro dicto anno presenti, licet magister Johannes Maffeni sit absens, atenta festinatione dicti negocii, quia oportet celeriter provideri de consiliariis, intrantes domum communem (1), ut est fieri consuetum, elegerunt eorum consiliarios pro dicto anno presenti, videlicet

pro consulatu diey lune	P. Pascalis
pro consulatu diey martis	R. de Malomonte
pro consulatu diey mercurii	P. de Alvernia
pro consulatu diey jovis	G. Philippi juniorem
pro consulatu diey veneris	Joh. Glorie, hostalerium
pro consulatu diey sabbati	P. Aureloni
pro consulatu diey dominice	Bertr. Lussiani
pro consulatu barrii	Bertr. Foresii,

qui omnes juxta modum consuetum juraverunt per semetipsos bonum consilium dare juxta eorum discretiones, secreta consilii

(1) Ms. consuetum.

non revelare et, tosciens quosciens mandabuntur, ad eorum consilia venire, nisi essent legitima excusatione impediti; protestando quod in non veniendo, dicto casu non intendant perjurium incurrere.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires, 17 avril 1424).

Collecteur de la Ville

In crastinum diei Ramispalmarum, que erat dies lune, dicti domini sigillarii elegerunt eorum collectorem videlicet B. Cappellani, qui per semetipsum juravit se in dicto officio bene et fideliter se habere, secreta consilii in hiis in quibus presens fuerit non revelare, bonumque compotum reddere de levandis per eum, et reliqua restituere.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires, 17 avril 1424).

Gouverneurs du Sestayral

Cest instrument tracte comme Luquas Rodezy, gouverneur du Cestayral pour les grands, Gilles Guinet pour les moiens, et Guill^e Bartholomy pour les petits se sont presentés le jour et feste des Rameaux au lieu de la place de Brossonnelle durant la procession par devant le precempteur et le Vicaire general du seigneur Evesque, led. seigneur absent, pour la prester le serement de bien et deuement administrer la charge en laquelle ils ont esté esleus et nommés par les administrateurs derniers, ausquels en apartien la nomination, selon qu'il est porté par long acord dont la teneur s'en suit.

Comme proces fut entre l'Evesque et les habitans dud. Lodeve, lesd. parties remetent leur differant au jugement et arbitrage des gardiens des Cordelliers dud. Lodeve et Montpellier et le sacrestain dud. Lodeve, lesquels jugerent que les habitans n'estoient tenus paier aulcun droict de Sestayral ou coppe, combien que par led. Evesque leur en feust demandé la moytie d'aultant comme en paient les forains, excepté que despuys le vendredy a midy jusques au dimenche matin et le jour de la foire St Genieys ils paieront comme forains, et que trois gouverneurs des couppes nommés par leurs predecesseurs prochains et derniers presteront le serement devant l'Evesque ou son vicaire et, le siege vacquant, devant le procureur dud. siege de bien ce gouverner en leur

charge, et de ne ce mestre durant leurd. charge aultre charge de la Ville ou affaires d'icelle.

Oultre ont lesd. arbitres jugé que les Srs du Chapitre ne seront tenus vendre leur bleds ni aultres chozes mesurables a la mesure de la Ville, ains auront leur mesure a part comme aussi led. Evesque.

Led. contrat passé devant Bernard Aurilhac, notere, en datte du vingt deuxiesme may mil trois cens vingt sept.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, fos 3 et 4).

Visiteurs des draps

Die dominica Ramispalmarum, in ecclesia sancti Genesii Lodove G. Roderii et G. Guerci, nominati et presentati visitatores pannorum approbandorum et sigillandorum, juraverunt juxta formam per dominum Lodovensem Episcopum qui nunc est (1) concessam super dictis pannis approbandis et sigillandis et alias, juxta formam contentam in quadam cedula, cujus tenor talis est :

Vos prometes et juras sus aquetz sans euvangelis de nostre Senhor que en aquest offici de visitar los draps ben fizelmen vos hi aures.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires, 16 avril 1424).

Capitaines de la ville

Anno Mo IIIIo XXXVIIo et die dominica intitulata xx prima julii, vesperis dictis, existente in Aula episcopali et in camera propinquiori abbatie Sancti Salvatoris Lodove, coram reverendo in Xristo patre et domino domino P. miseratione divina Lodovensi episcopo, providi viri R. Maserandi, Anthonius Vallequini et Joh. de Pereto, sigillarii, et plures alii cives usque ad numerum viginti et ultra dixerunt et exposuerunt ore Maserandi dicto domino Lodovensi quod tempus capitaneorum electorum ultimate in die Ramispalmarum aspiravit, et villa indigebat capitaneis, et dicti sigillarii cum eorum consiliariis elegerunt, ut moris est, alios duos viros probos et fideles, videlicet magistrum Johannem de Faydino, scribam littere formate, et Petrum Pascalis usque ad festum Om-

(1) C'était Michel Lebœuf.

nium Sanctorum proxime instans. Quapropter dictum dominum Lodovensem requisiverunt ore dicti Maserandi ut juramentum ab ipsis reciperet modo et forma quibus consuetum est, et prout fuit usitatum temporibus retroactis per ipsum et predecessores suos. Et ibidem dictus dominus Lodovensis audiens predicta ipsos de Faydino et Pascalis in capitaneos admisit usque dictum festum Omnium Sanctorum et juramentum accepit ambabus manibus, ut moris est et fuit.

Acta fuerunt hec ubi supra dictum est; testes venerabiles viri dominus Petrus Peyrotas, canonicus ecclesie Lodovensis, magister B. Gaulesii, baccallarius, Johannes Textoris, notarius, Philippus Rosseti, Joh. Scolerii junior, Joh. Scolerii senior, B. Arnaudi, Deodatus Arnaudi, Ludovicus Barralis et plures alii cives ultra numerum viginti.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires).

Capitaine du barri de Montbrun

L'an mil cinq cens cinquante (1) et lo dimenche de Pasquetas tretzeme del mes de abrial, los messenhors sigilliers et consolz de l'an present: sire Pierre Cortalhac, Johan Arnaud et Anthony Pons, una ambe lurs conseliers en ensaguen la costuma antiena, se son transportatz al barri de Montbrun et en la plassa del Pos, et se son assises sur ung seti a elses honestament preparat, et aqui stans es survengut Simon Benezech, capitani deld. barri, portan las claus dels portals deld. barri, una ambe la plus sana partio dels habitans deld. barri, disen et expausan que elses an en costuma lod. jorn de eligir ung autre capitani per l'an advenen; et, en exegen lur costuma, se son congregatz et ajustas ensembles, et per edita la election del capitani novel, et per aquel estre an elegit maistre Steve Capnou, fustier, deld. barri de Montbrun. Laqual election fayta et donada a entendre a messenhors los sigilliers et consulz, lod. Simon Benezech, capitani vielh, a bayladas las claus a monsenhor lo premier sagelier, loqual tout encontinen las a bayladas ald. Capnou per ne usar ansins qu'es de costuma; et tout encontinent se son transportatz losd. sigilliers et consolz devers los portalz deld. barri per aquelses visitar; et fayta

(1) Bien que le document soit de date postérieure, comme il invoque une ancienne coutume prouvée de par ailleurs, nous l'insérons dans ce groupe.

lad. visitation et ausidas toutas partidas de una androna que vay al besal de Peyre de la Fon, per so que Anthoni Careyra alias Colombet a dict et asserit estre sia, es stat dict que per ebitar los scandols se caladara et se barrara, laysat ung traus per prene de aygua deld. besal per la servitut deld. barri. Presens Pre Bel, molenia, Pre Miquel, habitans de Lodeva, et me Anth. de Montfajon, graffier.

(Archives de Lodève, reg. de délib. du Conseil de Ville).

Conseillers de l'Hôpital

Die dominica Ramispalmarum, in ecclesia sancti Genesii Lodove fuerunt per universitatem ville Lodove coram domino Vicario P. Bartholomei et G. Guavag nominati et presentati consiliarii hospitalis, juraverunt in forma consueta.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires, 16 avril 1424).

CXVIII

Autorisation donnée aux Sigilliers par l'évêque Michel Lebœuf, d'extraire les pierres pour la réfection du pont de Lergue d'une carrière près des fossés

12 OCTOBRE 1423

(Archives de Lodève, Livre des Notaires).

CXIX

Codicille de Lucie Montagnac, d'où appert qu'elle a fait son héritière l'œuvre du pont de Lergue

11 NOVEMBRE 1424

In Dei Jhesu Xristi nomine amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo vicesimo quarto die undecima mensis novembris, illustrissimo principe domino Karolo Dei gratia rege Francorum regnante. Quoniam cuicumque ante et post sui testamenti factionem est de jure concessum codicillum et codicillos facere et disponere et in eis legare, adhjungere et detrahere pro suo libito voluntatis, idcirco ego Lucia Montanhague, relicta Guillelmi Montanhacii, fusterii Lodove, invocato auxilio illius a quo bona cuncta procedunt, sana per Dei gratiam

mente, ac in mea bona, sana et recta memoria constituta, licet aliqua infirmitate detinear corporali, reminiscens me meum ultimum testamentum supra condidisse cum instrumento inde in notam sumpto per magistrum Petrum Peyti, publicum ville Lodove notarium sub anno presenti et die in eo contento, quod dixi velle esse meum ultimum testamentum et meam ultimam voluntatem, et in quo michi heredem meum universalem feci et institui opus seu fabricam pontis Lodove siti in ripeira Lerge juxta villam, et etiam dictum pontem, qui dictus pons confrontatur cum dicta villa, quod testamentum et ultimam voluntatem et omnia et singula in eo contenta laudo, approbo, ratiffico, etc.

(Archives de Lodève).

CXX

Requête des Sigilliers aux Chanoines pour qu'ils contribuent à la réfection du pont de Lergue

16 FÉVRIER 1425

(Archives de Lodève).

CXXI

Inventaires du mobilier de l'Hôtel de Ville

2 AVRIL 1425 ET 14 AVRIL 1435

Anno millesimo quadringentesimo vicesimo quinto et die lune intitulata secunda mensis aprilis, sigillarii anni elapsi preffatis sigillariis anni presentis et novis claves caxiarum existentium in domo comuni et per dominos sigillarios tenere assuetas realiter reddiderunt et tradiderunt.

Quibus sic ut premittitur pactis, sepefacti sigillarii novi inventarium de bonis mobilibus in eadem domo comuni existentibus fecerunt juxta modum consuetum ; et fuerunt reperta bona mobilia que descripta sunt in quodam cartello manu mea Petri Peyti, notarii Lodove, scripto sic signato, et cujus tenor sequitur :

Primo confessi fuerunt ipsi domini sigillarii reperiisse in eadem domo unum tabularium cum uno tapisso sive tapit viridis coloris, cum quatuor scutis factis in eodem, campo albo et cruce rubea in quolibet,

Item unum candelabrum ferri.

Item unum librum consuetudinarium cum postibus.

Item alium librum consuetudinarium sine postibus, qui fuit Lucie Monthanhagua.

Item intus dictas caxias, de quibus ipsi domini sigillarii tenent claves, certas bruscias et massapos et sacos cum certis bilhetis et instrumentis et aliis scripturis diversis.

Item unum sigillum magnum cupri cum tanilhiis ferri.

Item aliud sigillum argenti parvum.

Item II ferriols cupri.

Item duo bancalia modici valoris.

Item certos libros conpendii seu conpendiorum.

Item unam tubam latonis.

Item sex bassinetos calibre cum suis viseriis.

Item quatuor capelinas.

Item quinque coyrassas sive placas ferri cum lanieris.

Item duos bassinetos calibre sine viseriis.

Item unum elme modo antiquo factum.

Item tres balistas fusteas.

Item unam balistam calibre.

Item duos pavesas.

Item unam quantitatem viratorum sive sagitarum.

Item unum eminale metalli pro frumento.

Item unam ollam metalli.

Item tres caxias et intus certa instrumenta et libros certos cantus.

Item unum flasconem ferreum.

Item duos pharaos ferri.

Item quatuor saccos alude cum certa quantitate pulveris de bonbarda.

Sequitur instrumentum per eosdem dominos sigillarios factum de bonis mobilibus in domo comuni repertis in crastinum diei dominice Ramispalmarum.

Primo unum sigillum metalli clausum cum suo estug et cum quibusdam tenallis ferri.

Item unum sigillum argenti.

Item unum tabularium cum uno tapit signatum armis Ville.

Item quatuor bancalia cum armis Ville.

Item unum librum consuetudinum Ville cum postibus desuper,

Item alium librum consuetudinum, qui fuit de Hugone Monthanaci sine postibus.

Item unum vexillum cum armis Ville et unum tronpilh.

Item octo bassinetos munitos de capmals.

Item quinque corps de bassinetz non habentes capmals.

Item quinque placas competentes et unam aliam parvi valoris.

Item quosdam guardabrasses sive canos ferri.

Item duos farahotz.

Item unam ollam cupri satis magnam.

Item unum eminal metalli sive pallieyra et unam rozoyram ferri.

Item duos ferriols cupri.

Item tria pondera metalli, que sunt in uno saco tele et sunt similiter in caxcia cum tribus clavibus clausa.

Item mensuras metalli cartayro et mieg cartayro, que sunt in domo pro adrechurando mensuras fuste eidem traditas, et causa custodie ob dictam causam eidem traditas.

Item unam longuam cathenam ferri.

Item unam balistam d'assia cum suo torn.

Item duas balistas fuste cum uno torn.

Alie sunt baliste ferri que nihil valent.

Item duos guarrotz.

Item duas mensas cum suis taulonibus et tria scanna fuste.

Item en lo pestrinh unum cacabum encastrastatum et duas magz magnas ad pastandum, in quibus pastantur paste pro decoquendis caritatibus.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires).

CXXII

Bail de la levée d'une taille

13 MAI 1426

Anno predicto M° IIII° XXVI^{to} et die XIII^{a} madii, domino Karolo etc., magister P. Peyti, sigillarius, pro se et Anthonio Dalba et Berengario Guitardi, aliis sigillariis, sociis suis, et de eorum consensu et voluntate, et per quos promisit infrascripta habere rata et grata et eadem ratifficare facere, ac eciam in consensu et voluntate magistri Hugonis de Transmonte, Guillelmi Guavag et R^{di} Fabri, consiliariorum dictorum sigillariorum, presentium et aliorum

consiliariorum absentium, qui alias et in hujusmodi causa fuerint vocati et in premissis et infrascriptis consentientes; atento quod non fuit alius repertus qui minori precio hujusmodi tallium levare vellet, tradiderunt ad levandum a singularibus hominibus ville Lodove talliata super eos et nondum exsoluta de novo et ultimo indicto tallio in presenti villa Lodove ad summam III^m libr. tur., videlicet Johanni Pardalhani de Lodova, textori, presenti, de dicta summa et de hiis que restant ad levandum usque ad summam mille libr. tur., salvo quod, si de restante predicto plus levatur, vellet quod pro hiis que plus levaret debeat satisfieri juxta modum et formam dictarum mille librarum, quas levare debebat.

Hujusmodi vero traditio facta extitit sub forma sequenti, videlicet quod singulis et continuatis diebus usque dicta summa dictarum mille librarum tur. fuerit levata, dictus Johannes Pardalhani teneatur facere diligenciam in levando, sic et taliter quod culpa et negligencia sua dicti Pardalhani Villa expensis servientum minime ad minus quo fieri poterit niti. Item et sub hoc pacto similiter quod que levabit dictus Pardalhani, incontinenti cum fuerint levata, teneatur et debeat tradere et deliberare collectori Ville et integre et sine fraude. Voluit, inquam, et concensiit dictus sigillarius cum consilio et deliberatione dictorum consiliariorum, ut supra, quod in qualibet solucione dictus Johannes Pardalhani de levatis predictis habeat et habere debeat pro suo labore pro qualibet libra levanda duodecim denarios tur. Item et sub hoc pacto quod in qualibet solucione Regi facienda de dicto ultimo subsidio II° aut III sigillarii ire debeant per villam causa levandi non soluta cum dicto Johanne Pardalhani, talhatore predicto. Item et sub hoc pacto quod dictus Johannes Pardalhani faciendo diligenciam in levando non possit compelli ad aliqua salaria servientis, nisi appareret quod levata de tallio antedicto sibi retinuisset et ea minime dicto collectori deliberasset. Pro quibus pro parte Ville sic tenendis dictus sigillarius, quantum potest et debet, obliguavit dictis sigillariis et michi notario omnia bona sua presentia et futura et juravit non venire contra. Et dictus Johannes Pardalhani hujusmodi traditionem sub dicta forma recipiens promisit dictis sigillariis presentibus et futuris et michi notario hujusmodi talliata et adhuc debita de die in diem levare, et in levando diligenciam facere, et levata incontinenti dicto collectori deliberare et sine fraude. Pro quibus predictus Pardalhani

obliguavit dictis sigillariis et collectori ville Lodove, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, et pro tradendis et deliberandis ville Lodove pecuniis levandis et tallio antedicto, et pro faciendo diligentiam sufficientem ad fines quod Villa pro salariis servientum nullum dampnum sustineat, omnia bona sua presentia et futura viribus Curie domus Malepague Lodove, Curieque spiritualis et temporalis Lodove domini Lodovensis Episcopi, parvique Sigilli Montispessulani etc.

Actum in domo comuni, testes presentes etc.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires).

CXXIII

Etat des draps mortuaires et autres objets remis par la Ville au préposé aux enterrements

14 JUILLET 1427

Anno Domini M° IIII° XXVII^{mo} et die XIIII^{ma} julii Andreas Bartholomei, ut fidejussor Johannis Peyssonis deffuncti, reportavit in domo comuni et in manibus dominorum sigillariorum que sequuntur:

Primo pannum defunctorum coloris lividi cum ansis.

Item alium pannum coloris rubey cum ansis.

Item pannum cum quo cohoperiuntur corpora puerum defunctorum.

Item alium pannum tele pro dicto lecto puerorum.

Item vestis folrata coloris nigri cum penoncellis de ante et de retro, facta pro confratriis (1).

Item una esquilla metalli pro claucando pro deffunctis confratriam.

Item unam parvam caxciam in quo reponuntur dicti panni.

Item unum alium pannum tele cum una cruce rubea.

Post que anno M° IIII° XXVII^{mo} et die XXVIII^{ma} augusti, P. Deves, deputatus ad faciendum sotas et proclamationes deffunctorum ad emolumenta consueta, confessus fuit inventairendo habuisse bona predicta, que restituere [promisit] sub bonorum suorum obliguatione, etc.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires).

(1) Ms. conflatriis.

CXXIV

Contrat pour la construction du cloître du couvent des Carmes

22 FÉVRIER 1430

Anno Incarnacionis Domini M° IIII° XXIX° die XXIIa februarii, incantatum fuit opus claustrorum Beate Marie Carmelitarum sub conditionibus sequentibus.

Et primo fuit pactum inter fratrem Guillelmum Merchati, priorem, ut ditorem dicti conventus, et fratrem Petrum Bravi, subpriorem, et fratrem R. Rigaudi quod R. Casas, dyocesis Rutinensis, debet facere et construere claustrum predictum. Et primo debet facere bene et sufficienter pileria dicti claustri omnia nova cum basis et capitellis in toto circuitu dictorum claustrorum et omnia intaulamenta. Item debet facere predicta bene et suficienter linellare modo debito, et quod predicta peracta sint quodammodo dictis dominis fratribus, dictus R. Casas tradidit eisdem duo folia papiri depicta, et sicut in eisdem est depictum, ita ad similitudinem ut depictum est. Item quod debet deponere ad linellum duas partes claustri, scilicet partem propinquiorem ecclesie et propinquiorem janue ecclesie predicte aliarum duarum parcium. Item quod debet assendere duas antas seu duo pilaria tantum quantum assendere versus celum pertinebit dictis claustris ex parte refectorii. Item fuit actum quod dicti domini Prior et fratres predicti debeant solvere et teneantur eidem XXXV scuta auri boni auri cugni fargie Toloze. Et dicti fratres omnes et quilibet ipsorum se obligaverunt omnia bona sua et monasterii, et specialiter dominus dictus prior, de consensu omnium fratrum predictorum, viribus Curiarum et Sigillorum..... et dictus R. Casas se obligavit personam et omnia bona sua. ... Quosquidem XXXV scuta auri eidem solvere promiserunt per has tres vices : quando incipiet predictum opus X mutones auri, in diminutionem summe predicte ; et, quum erit factum medietas vel circa dictorum claustrorum, medietatem pecuniarum restantium ; et totum residuum, quum erit patratum, deductis de dictis XXX quinque scutis auri decem scutis, que de presenti dat dicto monasterio pro constitutione unius obitus celebrandi in anno quolibet in vigilia sancti Mathie, que est XXIIII[ma] februarii ; de quibus etc. — Acta fuerunt hec Lodove in monasterio predicto; testes fuerunt magister Ste-

phanus de Bagacenco, sartor, Johannes Petri, basterius, Petrus de Bosqueto, sartor Lodove, Petrus Anthonii Sancti Albani, et ego P. Pinetus, notarius.

(Minutes de P. Pinet, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXXV

Proclamation des bans concernant le bétail

9 AVRIL 1431

La forma de la crida que se deura a causa dels digz banhs, la qual preserva las causas desus dichas

Auias que vos manda et comanda la Cort temporal de mossenhor l'Avesque de Lodeva, senhor de Lodeva, conte de Monbru :

Que tota persona que aia bestial gros ho menut encontenen lo aia a gitar fora de dels termenals de la viala, en los quals son las vinhas et las autras possessios, e los aian a menar e tener en los termenals autriatz e loudas, aqui ont an acostumat de estar e de metre en lo temps que las possessios se devo guarda; et aysso sus la pena de LX sols paguados per totas las veguadas que los digz bestials seran trobatz en los digz termenals, exceptat lo nombre que sera autriat alz mazeliers per la provesio de la dicha viala, los quals hi tenguan sans far dannatge en las dichas possessios, sus la dicha pena, e otra que pagaran:

Per bestia grossa en las possessios lauradas IIII solz.

Per moto ho feda, XII denies.

Per tropel, cant se trobara en las dichas possessios lauradas, X solz; e si hia cabras en lo dig tropel, que per cascuna pague VI solz.

Per porc ho trueia, VI solz.

Per bestia cabrina, VI solz.

Item, si bestial gros ho menut se atrobavo en las talhadas, que pague bestia grossa, V solz; e si es tropel, XV solz; e si se atrobo de nuegz ho en las cavas, paguaran lo doble.

Item, si se atrobo los bestials de fora terra en las dichas possessios del territori de la viala, paguaran de jorns la mitat may de la pena et del banh; e si se atrobon de nuegz, paguaran may lo doble.

E as aquel que ho trobara e revelara los mals fagz, li autria la Cort que aia la tersa part dels digz banhs; e non reniens que as

aquel que ho trobara e ho revelara li sera, atendut lo cas, donada fe e crezensa, mas que sia home digne de fe.

Item vol may e autriha la dicha Cort a cels que trobaran los digz bestials en lo dig territori e possessios, que puescan giatiar et menar los digz bestials, ho tot o partida, en las mas de la Cort del dig mossenhor de Lodeva, a fi de paguar los digz banhs e las penas e los dans donatz as aquels de qui seran las dichas possessios.

Item manda may la dicha Cort et comanda que non hi aia persona, de qualque condicio que sia, que aia porcz, que aquels non aure a largua ni gitar fora dels portals sens guarda, ni metre los en las cavas ni en autras partz que dono dannatge, sus las dichas penas e banhs, e de paguar los dannatges donatz ses tota merce.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires).

CXXVI

Inventaire du mobilier de l'église Notre-Dame de la Chapelle

14 AOUT 1432

Anno Incarnacionis Domini M° CCCC° XXXII° et die XIIII^a augusti, dominus Petrus Grandis, ut procurator domini Petri de Trilhia, doctoris et archidiaconi ecclesie Sancti Genesii, ad quem spectat collatio sive traditio capelle ecclesie Beate Marie de Capella Lodove, ut de procuratorio dixit ipse Grandis constare instrumento publico, (1) et ipsum induxit in possessionem corporalem et juravit reddere et restituere bona inventariata dicte ecclesie tociens quociens erit requisitus per dictum dominum arcidiaconum et successores suos. — Acta fuerunt hec in dicta ecclesia; testes fuerunt domini Joh. de Fraxino, prior de Fontecassio, B. Brici, presbiteri Lodove, B. Coste Lodove.

Inventarium bonorum dicte ecclesie

Et primo bona que fuerunt reperta in una capsa existente in parte dextra:

Unum vestisses garnitum de bocassi.

(1) Y a-t-il ici omission du notaire ou bien simple défaut de clarté dans la phrase? La rubrique du registre porte pour ce même folio XIIII : *Induxio domini Petri de Trilha*, et au-dessous : *Juramentum Petri Grandis.*

Item I vestisses de ceda jauna seratum cum aucellis rubeis munitos.

Item I vestices greci coloris seratum de auro munitos.

Item I vestices albos seratum de auro munitos.

Item unam infulam diversorum colorum folleratam tele.

Item I vestices garnitum violeti.

Item unam capam tele albe.

Item duodecim mapas modici valoris.

Item quatuor toalhonos bonos.

Item unam crucem argenti deoratam, in qua est ymago Beate Marie ab una parte et ab alia Agnus Dei.

Item tres toalhonos paramenti altaris modici valoris.

Item unum reliquari argenti.

Item unam pomam lotoni pro calefaciendo manus in altari.

Item unum calicem argenti deorati cum patena.

Item duas coronas argenti et sunt perlate; habet in custodia Beatrix, uxor Guillelmi Guerci.

Item unum pallium altaris operis Podii.

Item unum missale completum magne forme.

Item unum legendarium feriale.

Item unum psalterium.

Item unum legendier feriale et sanctorale mixti.

Item unum responcerium.

Unam colletam.

Unum missale parvum.

Unum missale non completum.

Textus evangeliorum.

Unum missale notatum.

Unum pistolari.

Unum ufficier legis antique.

Item in capsa a parte sinistra:

Unam casulam diversorum colorum folleratam viridis.

I vestisses albos garnitos.

I casulam diversorum colorum fili.

Unam dalmaticam dyaconis tele jaune.

Item unum calicem argenti cum patena signatum cum ferro.

Item duos tersors.

Item unum coffrum nozi cum uno lapide vitri.

Item duo pulvinaria altaris vocata minhotz.
Unum paramenti pannum.

Item in altari

Tres mapas cum duobus palliis cum uno frontali et coyrassa desuper.

In altari Sancte Lucie

Due mape cum coyrasse.

In altari Sancti Aloysi

Due mape cum coyrasse.
Item unam vonam rubeam.
Unam crucem heris.
Testes dicti domini presbiteri et B. Coste, R. Violete, magister Augustinus Adzemarii.

(Minutes de P. Pinet, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXXVII

Manleu sur les habitants pour payer le subside au Roi

4 MAI 1436

J. Maffeni, judex, arrestavit in manibus Bartholomei Fabri vaxcellam argenti mutuatam pro exsolvendo ea que debentur Regi pro subsidio ultimo xxv^m mutonum domino nostro Regi ultimate concesso, quousque dicta vaxcella fuerit restituta.

Dicta die fuit factum inventarium de taceys manulevatis pro dicto facto, extractum de libro B^di Solayrolis, in quo primo loco fuit scripta vaxsella argenti predicta per dictum Solayrolis.

Primo a dicto Bernardo Solayrolis in sex taceis argenti ponderantibus tres marchas v onsias et novem denarios.

Item a Jacobo Armandi, duas taceas argenti ponderantes unam marcham xxi denariorum.

Item ab eodem Jacobo Armandi, aliam taceam argenti bas ponderis quatuor onsiarum xiiii denariorum.

Item a Johanne Cabareti, duas taceas argenti ponderantes unam marcham.

Item a P. Proanques, unam taceam ponderantem quinque onsias et mediam.

Item ab Anthonio Ferreyra, aliam taceam argenti de bas ponderantem septem onsias VII denarios.

Item a Johanne Proanques, aliam taceam ponderantem quinque onsias XX denarios.

Item a magistro Augustino Adzemarii, aliam taceam ponderantem VI onsias VII denarios.

Item a Berengario Crespini, aliam taceam ponderantem tres onsias XVI denarios.

Item a Johanne Ambayrani, aliam taceam ponderantem quatuor onsias et VIIII denarios.

Item a Gualhardo Bartholomei, macellario, aliam taceam ponderantem tres onsias XIX denarios.

Item a B^do^ Cappellani, duos platos argenti deauratos ponderantes undecim marchas duas onsias II denarios.

Item a Petro Pascalis, duas taceas argenti ponderantes unam marcham unam onsiam XVII denarios.

Item a Johanne Artaldi, duas taceas argenti ponderantes unam marcham duas onsias IX denarios.

Item a reverendo patre in Christo domino P., Dei gratia Lodovensis episcopo, unam pintam argenti vinatariam ponderantem....

Item a G. Guavag, unam taceam argenti ponderis septem onsiarum XXI denariorum.

Item a dicto G. Guavag, aliam taceam de bas argen ponderis sex onsiarum et medie.

Item a Guillelmo Pontelh, duas taceas argenti ponderantes septem onsias.

Item a Bertrando Cambonis, aliam taceam argenti ponderis quatuor unsiarum XVII denariorum.

Item a Guillelmo Roderii, unam taceam argenti ponderantem quatuor unsias II denarios.

Item a dicto G. Roderii, aliam taceam ponderantem tres onsias XIIII denarios.

Item a Philippo Rosseti, tres taceas ponderantes unam marcham et sex onsias.

Item a Johanne Guers, unam taceam ponderantem septem onsias XIX denarios et medium.

Item a Deodato Montelhs, aliam taceam ponderantem tres onsias XXIII denarios.

Item a domino Johanne Martini, unam taceam argenti ponderis sex onsiarum.

Item a dicto domino Johanne Martini, aliam taceam argenti de cort ponderantem quatuor onsias XXI denarios.

Item a dicto domino Johanne Martini, aliam taceam de bas argen ponderantem quinque onsias XIII denarios et medium.

Item a Anthonio Vallequini, aliam taceam ponderantem quatuor onsias.

Item a Georgio Berlandi, duas taceas argenti ponderantes unam marcham tres onsias et medium denarium.

Item a Johanne Amalrici, unam taceam argenti ponderis unius marche minus I denario.

Item a Ricardo Testut, aliam taceam ponderantem tres onsias I denarium.

Item a magistro Guillelmo Bardini, duas taceas ponderantes undecim onsias XVIII denarios.

Item a P. Steve, aliam taceam argenti ponderantem sex onsias et unum denarium.

Item a Guillelmo Pertrag, aliam taceam ponderantem tres onsias XIIII denarios.

Item a magistro Johanne Maffeni, duas taceas ponderantes unam marcham quinque onsias XVI denarios et medium.

Item a R. Cutellerii, duos mutones auri.

Item a Andreas Bartholomey, tres mutones auri.

Item a Petro Pojolis, duo scuta Tholoze et unum mutonem auri.

Item a Johanne Rodas, duos mutones auri.

Item a Johanne Vigorelli, novem mutones III quarts.

Item a Deodato Peyrussa, duos mutones.

Item a P. Lombessii, tres mutones.

Post que, anno et die predictis, dictus Bernardus Solayrolis et Bartholomeus Fabri, qui de voluntate sigillariorum ville et consiliariorum suorum et plurium aliorum de villa ad hoc vocatorum fecerunt dictum *manleu*, confessi fuerunt ex deliberatione consilii habuisse et recepisse, pro supplendo necessitati ville predicte et tocius dyocesis, a dictis superius nominatis videlicet dictam vexcellam argenti superius specifficatam et declaratam, quam et quas dicti superius nominati, licet absentes, et mihi notario infrascripto pro eisdem stipulanti et recipienti, in simili vaxcella argenti manulevata, quod hinc ad quatuor menses red-

detur et restituetur promiserunt et convenerunt. Pro quibus obligaverunt, etc. — Acta fuerunt hec in domo comuni Lodove. Testes fuerunt Johannes Cabareti, Salamon Guarige, Lodove, magister P[s] Pineti notarius, Georgius Berlandi, et ego Augustinus Adzemarii notarius recepi.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires).

CXXVIII

Accord entre les villes de Lodève et de Clermont sur le lieu et le mode de l'assiette, et sur la députation aux États

FÉVRIER-MARS 1438

De concordia fienda per Villam cum loco de Claromonte super facto subsidiorum.

Super materia tractari incepta de concordia fienda inter villam Lodove et locum de Claromonte super eo quod tractatur quod recepta fienda de quibuscumque talliis regiis indicendis debeat fieri per quoscumque deputatos in villa, hoc salvo quod pro baronia Clarimontis fieri debeat in dicto loco Clarimontis. Item et super eo quod villa querit quod assite fiende debeant fieri in villa Lodove, ut est fieri consuetum, et non alibi. Item et super modo servando de modo et forma per quos fieri debebunt viatgia, quando gentes status comunis per Regem fieri mandabuntur.

Accordium factum cum consulibus Clarimontis per manum domini Clarimontis pro facto subsidiorum indicendorum.

Super aliis oppiniatis, super concordia fienda cum consulibus Clarimontis, jovis penultima febroarii lapsa, mag[r] R. Mazerandi, qui venit ultimate de concilio Bitteris, retulit quod concordavit cum domino Clarimontis, in dicta villa Bitterris tunc presente et existente, quod fiat pax et concordia cum consulibus Clarimontis de materia tractata super facto subsidiorum deinceps inponendorum, hoc modo videlicet quod assitiamenta dictorum subsidiorum debeant fieri, ut per prius fiebant, in presenti villa Lodove.

Item quoad receptam fiendam pro eisdem etiam fuit concordatum quod hujusmodi recepta debeat fieri per receptorem deputandum in presenti villa Lodove, hoc salvo quod quoad baroniam Clarimontis dicta recepta debeat fieri in dicto loco Clarimontis, et

similiter de aliis locis circumvicinis, que ibidem eorum cotas sive partes exsolvere voluerint; et cum hac et presenti condicione quod pro vadiis dicte recepte particularis receptor dyocesis Lodove habeat omnia emolumenta recepte predicte, vadiis dicte baronie exceptis, que pertineant et pertinere debeant ad receptorem baronie antedicte.

Item quoad cavalcatas fiendas pro dictis indicendis subsidiis, juxta conclusiones per dictum Mazerandi factas cum dicto domino Clarimontis, hujusmodi cavalcate per dictos de villa Lodove et de Claromonte, exclusis aliis, quia principaliores, juxta materiam alternis vicibus fieri debebunt, ad vadia que eisdem taxabuntur per dictos principales comissarios dictorum subsidiorum deputandos.

(Archives de Lodève, Livre des Notaires, 17 février et 7 mars 1437).

CXXIX

Inventaire du mobilier de l'Hôpital, encan du vestiaire de son ancien régent et prise de possession du nouveau

4, 6, 25 AOUT 1438; 19 DÉCEMBRE 1439

In Xristi nomine amen. Anno ab Incarnacione ejusdem millesimo cccc^mo^ xxxviii et die quarta augusti, fuit factum inventarium post obitum et inhumationem corporis quondam magistri Duranti Caylaris, hospitalerii seu preceptoris hospitalis pauperum Xristi Lodove, per discretos viros magistrum R. Maserandi, notarium regium et procuratorem fiscalem domini Lodovensis, et Joh. Artaldi et Deodatum Peyrusse, consiliarios dicti hospitalis.

In introitu domus hospitalis

Unam scalam xiiii palmorum.

In aula

Unam mensam xiiii palmorum cum scannellis, super qua est unus lodex modici valoris, listratus in quolibet capite listris albos viridis obscuri.

Item unum postem nucis xii palmorum vel circa cum scannellis modici.

Item unam capsiam longitudinis iiii palmorum.

Item duo scanna fustea modici valoris.

Item duo capfoguiers cum uno anulo operato cum IIII^or....

Item unum cremalh.

Item quasdam carbas ferri ad tenendum ollam.

Item duas bassinas ferri, una integra et alia perforata; I tentibolum (ou crucibolum) metalli modici valoris.

Item XIIII sissoria fuste, tres scutellas stagni, duas auriculatas et aliam non ; I platum stagni fractum in orlis.

Item unam pitalpham medii cartonis vel circa et duas agatarias ; unum candelabrum ferri, aliud candelabrum ferri cum pede fuste.

Item quasdam mapas listratas cotonis lividi coloris; unum morterium lapidis cum virga fuste.

Item I banconum ad substinendum dictum morterium ; I morterium fuste copertum.

I calatum amarinarum sine carba ; unam buturlam olei terre vacuam ; unum parvum butillum terre.

I ollam cupri ponderantem XII libras vel circa cum carba ferri ; duas sertagines : unum bonum, aliud modici valoris ; unum cacabum bonum IIII^or ferratorum capacitatis vel circa ; I gaudam fuste fendutam ; unam salieram fuste fractam ; duas cucurbitas modici valoris ; IIII^or ollas terre : unam unius pecie, aliam medie, aliam quarte pecie ; I barrale fuste circulatum ferri IIII^or circulorum modici ; I payroletam capacitatis unius ferrati vel circa ; I turnum verum ; unam catedram fuste ; I salatorium fuste ; I praticam longitudinis II cannarum vel circa.

Item unum dreyssatorium ; unum calatum canellarum ; I paneriam amarinarum pro serviendo in mensa.

In quadam camera in exitu aule

Unum lectum cum culcitra modici valoris ; unum pipotum modici ; I crocinum bredole ; unum calatum modici valoris....... unum crivellum corei modici ; I sacum cum uno cartono breni vel... I bordonum peregrinorum ; I panierum modici ; I postem VII palmorum.

In quadam alia camera

Unam cellam equi munitam et unam bridam ; I cabassum palme capacitatis I cartonis ; I eminale tale quale ; duas squillas metalli ;

unam pistrim sive matz; I coyssinum plume communis valoris: I copertorium mortuorum modici; I encluge dalhatoris; unum buturlum terre modici et fractum; unam capssam cum IIII^or pecollis cum copertorio et cera capacitatis XII sestariorum.

Item unam aliam arcam sine copertorio continentem XVI sestarios vel circa; unam mensam panis IX palmorum; I turnum ad tenendum panem cum una catena ferri; II sacos modici; I postem unius canne nucis; I scannum IX palmorum vel circa; I paneriam canellarum.

In alia camera sequenti in qua jacebat

I lectum munitum postibus, una culcitra, pulvinari, duobus et linteaminis modici; I postem nucis longitudinis I canne vel circa; I capsam in pede lecti, in qua sunt scripture dicti hospitalis, clausam cum clave longitudinis VII palmorum vel circa; I enbutum barralium; I calatum canellarum; duo paria calcarum talium qualium; I cremallium ferri; I turribulum latonis; I capssiam in qua sunt vestes videlicet: una opelanda lividi follerata panni; alia opelanda lividi modici valoris; I clamidem lividi modici; aliam opelandam duplam modici valoris; tres cannas panni grisi de Francia; unam garnacham mulieris lividi; I gonellam mulieris albi cum manucis lividi; I cotardiam mulieris burelli modici; duo capucia lividi obscuri; quasdam caligas hominis lividi; alias caligas mulieris lividi clari; I capucium mulieris sanguine obscure modici; aliud capucium mulieris sanguine modici; duas camisias mulieris modici; I botayriam coysini VII palmorum novam; I gonellam hominis burelli modici; I jarlam unius cargue et ultra vacuam.

Item aliam durcam I sarcinate..... II buturlos tenentes quilibet IIII^or cartalia olei; I durcam tenentem XII cartalia, in qua sunt VIII cartalia olei; alia durca X cartalium, in qua est I cartale et medium olei; I pestellum fuste cum clave; II ferros muli; I conoffonos ferri; I vectem; II palastragias parvas.

In cellario

I vas capacitatis XVI pallierarum, in quo sunt sex pallieras vel circa; aliud vas X pallierarum vel circa, quod dicit B. Liquerie esse suum; II pipas tenentes una trium pallierarum, alia II pallieras vini vel circa, quas dicit dictus Liquerie esse suas; I enbu-

tum cucurbite.... I bugaderium fuste; duos canna ad ponendum vindemiam in tinel; I bastum sive clitellum; XIII canonos terre aquerie; dogatum unius vasis XII palleriarum; I par banastarum.... unum carterium carnium salsarum; I sermentum ferri... I gabiam avium; II sues parvos; II ligones, una bona, alia parva.

In portiquo

I vas XII palleriarum vel [circa], aliud VI, aliud cum uno bodio modici valoris; octo postes castanei IX palmorum; quinque circulos bercii quinque palmorum vel circa; I clitellam sive bast, que dicitur esse R. Salas; I postem pinni x palmorum; I catedram fuste plicatoriam; I massam fuste; duos ligones.

In camera electa per las Jazens

I cadaliech cum palea; I scannum modicum.

In hospitali

A manu destra introhitus: I lectum munitum culcitra, pulvinari, uno linteamine, II telarum longitudinis VIII palmorum, una copertura modici valoris.

Aliud lectum munitum postibus, culcitra, pulvinari, uno lodice modici valoris barratam nigro et albo.

Aliud lectum munitum postibus, culcitra, duobus linteaminibus modici valoris longitudinis sex palmorum, I lodice barrato de albo et nigro.

Aliud lectum munitum ut alterum.

Ab alio latere: aliud lectum munitum ut precedens cum bono lodice.

Aliud lectum ut precedens comunis valoris.

Aliud lectum munitum postibus, culcitra, II pulvinaribus modici valoris, quarta pars I lodicis modici valoris.

Aliud lectum postium solum et dumtaxat.

Unam mensam longitudinis XIII palmorum cum scannellis.

Tres scodenes populi XII palmorum; I praticam xx^{ti} palmorum; I palam fusteam; I scannum x palmorum; unam capsiam modici valoris cum IIII^{or} pecollis sine foncdo.

I^{am} tabulam crucis hospitalis; I pannum mortuorum de veluet nigro folleratum tele viridis cum cruce, diversis ymaginibus cum suo stoyle (?)

Item sigillavit sigillo suo dictus procurator capssiam supradictam in pede lecti, in qua sunt scripture et instrumenta dicti hospitalis, deinde cum clave claudere fecit, quia illa que erant in dicta capssia visitare nec inventariare potuerunt propter infexionem camere, et claves tradidit dictis consiliariis, donec aliud fuerit ordinatum et provisum.

Item duas taceas argenti octo unciarum III denariorum ambas vel circa, quas tradidit Johanni Artaldi in custodiam.

Acta fuerunt hec in supradictis cameris et domibus; testes fuerunt Guillelmus Barralis, Johannes Gachi, Johannes Laurentii, senior, P. Tavernerii, B. Liquerie.

Anno quo supra et die VII novembris cepit Joh. de Pratolongo dicta bona, exceptis rebus venditis in incantu et in bassinis.

Et dictus dominus procurator, ut locum tenens domini Vicarii, precepit dictis Liquerie et Tavernerii uxoribusque suis, sub pena furti, et aliis qui perceveraverunt in dicta domo ut hinc ad mercurii revelent, si quid habuerint de bonis dicti hospitalis.

Post que dicta die supradicti domini procurator, sigillarii et consiliarii accesserunt ad conventum Fratrum Minorum et, reperto in claustris dicti monasterii et in cantono claustrorum in quibus est piscarium, juxta portam introitus, reverendo patre domino et Petro Servelli, in sacra pagina magistro et fratre dicti conventus, qui dictus dominus procurator, ut procurator fiscalis reverendi in Xristo patris domini nostri Lodovensis episcopi, et nomine dictorum sigillariorum et consiliariorum, in quantum ipsos sigillarios et consiliarios tangit, ipsum magistrum Petrum Servelli sollempniter requisivit quathenus unum breviarium et unum librum expositorem euvangeliorum in pergameno scriptum, quos habuit de bonis magistri Duranti Caylaris, hospitalerii quondam Lodove, eisdem procuratori, sigillariis et consiliariis dicti hospitalis [vellet] reddere et restituere; alias protestatus fuit contra ipsum Servelli de sentencia excommunicationis contenta in bullis dicti hospitalis et de aliis dampnis, etc. Qui magister in sacra pagina respondit et confessus [est] dictos libros de concensu dicti quondam Caylaris habuisse et penes se habere, et eosdem sibi tradidit pro faciendo reparare quandam capellam in dicto ordine Fratrum Minorum, et ibidem volebat inhumari et cepeliri; quam confessionem bis per ipsum Servelli factam admisit, nominibus quibus supra. Et de omnibus requisivit fieri publicum instrumentum.

Et tunc dictus Servelli dixit quod, si de jure tenetur reddere, dominus noster Lodovensis, dum venerit, cognocet.

Acta fuerunt hec in introhitu dictorum claustrorum dicti monasterii ; testes fuerunt Guillelmus Barralis, clericus, Fulcrandus Somondi Lodove, et ego P. Pineti, notarius.

Incantus factus de bonis sequentibus, que fuerunt vita functi magistri Duranti Caylaris, olim hospitalerii Hospitalis pauperum Xristi Lodove, anno quo supra et die VI augusti, presentibus venerabilibus viris magistro R. Mazerandi, procuratore domini Lodovensis episcopi, magistro Joh. Textoris, notario et sigillario, Joh. Artaldi et Deodato Peyrusse, consiliariis dicti hospitalis, ex comissione Curie spiritualis Lodove seu domini regentis eisdem consiliariis, ut dicebant. Pecunias recepit dictus Peyrusse.

Et primo quasdam caligas lividi clari mulieris Laurentio Pojolis, solvit		III^{s}	I^{d}
Item I capucium mulieris sanguine Laurentio Pojolis, solvit		II^{s}	III^{d}
Item quasdam caligas lividi hominis Bernardo de Sala		VI^{s}	VI^{d}
Item quandam vestem mulieris panni albi cum manucis panni lividi uxori Berengarii Deodati		XV^{s}	X^{d}
Item quandam vestem sive ganacham mulieris panni lividi sine manucis folleratam tele magistro R. Mazerandi		VIII^{s}	VI^{d}
Item unam vestem hominis duplam panni lividi a Bertran Cabo	II^{lib}		
Item unam vestem hominis panni lividi obscuri folleratam panni viridis obscuri domino Fulcrando Glorie, presbitero, solvit	II^{lib}	II^{s}	
Item unum clamidem hominis panni lividi Deodato Calveti, nepoti Contors de Portaleto, solvit	I^{lib}	VIII^{s}	
Item unam vestem simplicem panni lividi hominis, uxori Petri Pascalis		VI^{s}	
Item unam vestem mulieris panni burelli Petro de Agantico, solvit		X^{s}	
Item unum capucium hominis panni de bruneta Duranto Brocetoni, basteyre, solvit		XVI^{s}	I^{d}

Item unum capucium hominis medium usum panni de bruneta uxori Jo. Calmaci, solvit		IIII s	II d
Item unum capucium mulieris sanguine obscure Jacobo de Rivo, solvit		III s	VIII d
Item unum capucium hominis brunete Guillelmo Brocetoni, solvit		I s	IIII d
Item duos sues, unum masculum et alterum femellum, Johanni Laurentii seniori	II lib	I s	
Item cannam grisi de quo debebat facere clamidem et erant tres canne	VI lib	III s	
Item unam quantitatem lignorum cum brundillia in qua sunt circa XII sarcinate, ut dicitur, que erat in nemore hospitalis vocato de Riobo Frigidi Joh. Laurencii seniori		XV s	

Dicta die B. Liquerie revelavit et tradidit dominis Artaldi et Peyrusse unam pitalpham II cartonis vel circa ; in inventorio poni debet.

Anno Domini millesimo CCCCXXXVIII et die XXV augusti, fuit continuatum inventarium precedentem per supradictum dominum procuratorem. Et fuerunt reperti in quadam capsa que erat clausa et sigillata per dictum dominum procuratorem XIIII libri tam cum postibus quam sine postibus et tam magni quam parvi.

Item de cartellis, levatoribus et aliis papiris XXVI.

Item de instrumentis CXXVI.

Item sex sissoria. Item unum cofrum. Item I bassi....

Deinde sumpto prandio fuerunt reperta in supradicta capsia res que sequuntur :

Et primo quedam Matutine Beate Marie, in qua sunt calendarii et secundum rubricam sunt ad usum Tholose et incipiunt....

Item unum librum Ordinarium qui incipit : «Ordo ad cathucumnium», et finit : «in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen», copertum pelle viridi.

Item quasdam Matutinas modici valoris Beate Marie que incipiunt....

Item Litaniam logicalem, in qua non est principium, sed in qua filo sico incipit ad exersitationes, et finit : «et ipsum non dimitunt sub ignorantia», que lectura coperta cum postibus papireis.

Item quemdam alium librum Sermonum copertum postibus copertis corio rubeo, qui incipit: «Pone, Domine, galeam salutis», et finit: «superbia in paupere».

Item quamdam lecturam sive questiones circa librum Priorum copertas pergameno, incipientes in primo folio: «Circa librum Priorum» et finiunt: «explicuntur questiones primi et secondi libri Priorum».

Item alium librum usatiquorum et loqueriorium domus hospitalis copertum postibus de fusta copertis pergameno.

Item alium librum receptorium dicti hospitalis factum per fratrem Joh. de Roqueta copertum pergameni.

Item quemdam librum [de] Modis sig^{di} nuncupatum modici valoris copertum pergameno.

Item alium librum de gramatica vocatum Actor modici valoris, copertum postibus.

Item alium librum de Vita Sanctorum in pergameno scriptum, incipiens in prima pagina: «Post assentionem Domini divisis apostolis», et finit in ultima pagina: «nunquam febres habebit».

Item quemdam quaternum argumentorum gramaticalium modici valoris.

Item alium librum Prissianum vocatum Majores postibus fuste copertum cum coperta corei rubei incipiens: «Incipit ars Prissiani» et finit: «lucidus etera (1) sidera polus».

Item quemdam grafismum in papiro scriptum cum textu et gloza, incipiens in prima sui linea in textu: «Quoniam ignorancie», et finit in ultima sui linea: «Qui scripsit scribat», et est copertum pelle lividi.

Item in una parvicula capsiuncula de ture II uncias vel circa.

Item unam zonam hominis corei nigri.

Acta in dicta domo hospitalis; testes fuerunt dominus Micahel Petri, presbiter, Dominicus Varelhas, serviens.

Post que anno Domini millesimo CCCC^{mo} XXXIX et die XVIIII mensis decembris, omnia predicta in supradicta capsia tradita fuerunt domino Petro Boyssoni, et confessus fuit habuisse continuando possessionem suam; testes fuerunt Joh. Petri, basterius, Jacobus Cuitberti, sarralherius Lodove.

(Minutes de P. Pinet, notaire à Lodève, étude Hébrard)

(1) Ms. etra. Il s'agit du poème *De Sideribus*.

CXXX

Arrentement du poids public de Lodève

10 MARS 1439

Anno Incarnacionis Domini M° IIII° XXXVIII° et die decima de mense martii, domino Karolo Francorum rege regnante, noverint universi et singuli quod existens videlicet honorabilis vir dominus Petrus Serrenchi, prior beate Marie de Cellis, procurator et nomine procuratorio reverendi in Christo patris et domini domini P. miseratione divina Lodovensis episcopi et comitis Montisbruni, bona fide et cum hoc etc., vendidit et arrendavit ad tempus infrascriptum Astorgio La Roca, laboratori Lodove presenti, videlicet totum emolumentum ponderis presentis civitatis Lodove. Hoc arrendamentum fecit a die prima mensis aprilis proxime instantis in unum annum, et uno anno completo, pretio duarum librarum sex solidorum et octo denariorum turonensium monete hodie currentis, valentium tres mutones auri olim currentis in presenti regno; verum faciet habere, deffendere sub obliguatione dicti emolumenti. Et predictus dictus La Roca, per se et suos, promisit solvere dicto domino Lodovensi totum pretium predictum duarum librarum sex solidorum et octo denariorum turonensium terminis consuetis, et obligavit se et omnia bona sua viribus Curie Lodove, etc. — Actum Lodove in carriera publica ante operatorium Johannis Scolerii junioris, et in introytu ejusdem, in presentia et testimonio dicti Johannis Scolerii. Deodati Peyrussa, maccellarii, testium, et ego Hugo de Fonte notarius.

(Minutes de Hugues Delafont, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXXXI

Transaction à suite d'arbitrage entre les Sigilliers et le Clergé de Lodève, par laquelle les prêtres et bénéficiers s'engagent à contribuer aux tailles imposées pour la défense du royaume

20 FÉVRIER 1440

(Archives de Lodève).

CXXXII

Accord entre l'évêque Pierre de la Treilhe et les habitants, réduisant à 30 livres le cens du Sestayral

7 AVRIL 1440

In nomine Domini amen. Anno Incarnacionis ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo et die septima mensis aprilis, illustrissimo principe domino Karolo, Dei gratia rege Francorum christianissimo regnante, et reverendo in Xristo patre et domino nostro domino Petro, miseratione divina Lodovensi episcopo et comite Montisbruni, domino solum et in solidum cum alta, media et bassa jurisdictionibus, mixtoque et mero imperio et juribus regalie presentis civitatis Lodovensis presidente, noverint universi et singuli, presentes pariter et futuri, quod, cum litis seu questionis et controversie materia esset et verteretur, majorque verti speraretur in futurum inter eumdem dominum nostrum Lodovensem episcopum, ex una agentem, et sigillarios seu universitatem Lodovensem, partibus ex altera deffendentem, super eo videlicet et pro eo quia idem dominus noster Lodovensis episcopus petebat et habere volebat et debebat suo bono jure ac justo titulo, ut dicebat, ab ipsis sigillariis et tota universitate Lodovensi sexaginta libras annuales, censuales et renduales seu eorum valorem, in quibus dicta universitas Lodovensis sibi tenetur annuatim, ut eorum in spiritualibus et temporalibus immediato domino, ad causam Cestayralis seu certe partis cuparum et mensurarum que a dicta universitate in Cestayrali Lodovensi de bladis, leguminibus, oleribus et aliis quibuscumque rebus et mercanciis in eodem mensurabilibus, et ad mensuram tradi et vendi consuetis recipiuntur et levantur, ut constat quadam arbitrali pronunciatione super premissis inter bone memorie dominum Gaucelinum, episcopum Lodovensem, ipsius domini nostri Lodovensis episcopi predecessorem, pro se et ejus successoribus, ex una, et dictam universitatem, ex alia partibus, per religiosos et venerabiles viros dominos fratrem Elziarium de Clarmonte, custodem Fratrum Minorum Montispessulani, et Bernardum Ferrerii, gardianum Fratrum Minorum Lodove, facta et lata, cum instrumento inde in notam sumpto per magistrum Johannem Capelli, notarium publicum Lodovensem, sub anno Domini

millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, scilicet sexto ydus marcii. Et quasquidem sexaginta librasipsiusdomini nostri Lodovensis episcopi predecessores annuatim habere, levare et percipere consueverunt ab eadem universitate. Item ulterius petebat, ut supra, idem dominus Lodovensis episcopus ab eisdem sigillariis seu universitate arrayratgia sibi a decem annis vel circa citra ad causam dicte annue pensionis sive prestationis debita.

Dictis vero sigillariis, nomine dicte universitatis, dicentibus et replicantibus quod tempore dicte pronunciationis dictum Sestayrale multo magis hodierno tempore valebat et arrendabatur plus quam de presenti, tam ad causam guerrarum, talliarum et aliarum gravaminum, que in presenti regno ac etiam mortalitatum et dicte civitatis depopulationem, necnon infertilitatem fructuum, que in presenti patria longevis temporibus viguerunt et que adhuc vigent, quam etiam ad causam fori sive mercat, quod in loco de Clarmonte singulis diebus mercurinis tenetur et ubi tota presens patria pro emendo et vendendo confluit, emolumentum Cestayralis ejusdem civitatis penitus ad ruinam, paupertatem et quasi ad nichilum devenit, taliter quod ex ipsius emolumento quarta pars dicte annue pensionis sive prestationis non levatur. Quare dicebant iidem sigillarii eandem universitatem ex ipsa annua pensione seu prestatione nimis fore oneratam, attentis premissis et aliis diversis oneribus que de die in diem eidem universitati eveniunt, et per consequens dictam pensionem eidem domino Lodovensi Episcopo, premissis obstantibus, minime solvere posse ; quinymo multo magis esset utile dictum Cestayrale remittere quam solvere dictam pensionem sexaginta librarum.

Quiquidem dominus episcopus, premissis non obstantibus, petebat, ut supra, dictas sexaginta libras et arrayratgia sibi tradi, dari et solvi, dicens ita debere fieri juxta tenorem dicte arbitralis pronunciationis.

Et cum de et super premissis inter eumdem dominum Lodovensem episcopum et dictam universitatem coram magnificis et metuendis dominis generalibus super facto justicie in Lingua Occitana et ducatu Aquitanie per dominum nostrum Franchorum regem christianissimum depputatis lis penderet indecisa, et honorabiles viri dominus Johannes Martini, Deodatus Peyrusse, macellarius, et Fulcrandus Cambo, laborator, sigillarii prime, secunde et tercie scalarum, Philippus Rosseti, mercator, Franciscus

de Aquablanca, apothecarius, Johannes Faydini, scriptor litere rotunde, Johannes Cabareti, faber, Petrus Enjalberti, laborator, et Ramundus Salamonis, lapiscida, consiliarii presentis civitatis pro anno presenti, nomine totius universitatis, per quam universitatem iidem sigillarii et consiliarii promiserunt et convenerunt omnia universa et singula infrascripta et in presenti transhactionis instrumento contenta ratifficari, approbari et confirmari facere, tociens quociens requirentur, sub obligationibus, renunciationibus, juramentis et aliis clausulis inferius contentis, volentes et affectantes lites, labores et expensas evitare, finemque et silencium eisdem imponere, supplicaverunt eidem domino episcopo quathenus super valore dicti Sestayralis et aliis oneribus supra narratis dignetur se summarie informare, et dictam universitatem favorabiliter et benigne supportare, dictam pensionem diminuendo. Quiquidem dominus Lodovensis episcopus, dictorum sigillariorum et aliorum plurium subditorum suorum supplicationibus inclinatus, et eisdem compasciendo et habendo considerationem ad tenuitatem cuparum et emolumentorum dicti Sestayralis, rettento primictus et ante omnia beneplacito et voluntate ipsorum dominorum generalium, coram quibus, ut dictum est, lis de eisdem pendet indecisa, eisdem liti et cause expresse renunciando quoad universitatem et singulares de eadem, exceptis inferius excipiendis, pro bono pacis et concordie, amicis comunibus ipsarum partium tractantibus et intervenientibus, unanimiter et concorditer transhegerunt, pepigerunt et accordarunt, ac ad transhactionem et amicabilem compositionem de et super predictis ac deppendentibus et emergentibus ex eisdem venerunt in modum qui sequitur infrascriptum.

Primo namque transhegerunt, pepigerunt et accordarunt ac transhigendi animo convenerunt partes predicte et earum quelibet, amicis comunibus ipsarum partium ut supra tractantibus et intervenientibus, quod idem dominus Lodovensis episcopus, de consensu venerabilis Capituli sui, dictam annuam pensionem seu prestationem dictarum sexaginta librarum ad triginta libras, valentes quadraginta mutones auri hodie in presenti patria cursum habentes, diminuet et reducet ad vitam suam dumtaxat; quasquidem triginta libras eidem domino Lodovensi annis singulis terminis consuetis, videlicet medietatem in festo beati Egidii et aliam medietatem in die Carnisprivii, dicta universitas solvet et

satisfaciet in pace et sine questione; et pro ipsis, ut premissum est, solvendis bona dicte universitatis obligabuntur et ypothecabuntur viribus Curiarum et Sigillorum infrascriptorum et per modum infrascriptum, ita tamen quod prima solutio erit in festo beati Egidii proxime futuro.— Item.... quod ipse dominus episcopus sua bona fide promictet, prout ibidem bona fide sua ponendo manum suam supra pectus suum ad modum prelatorum promisit, quod ipse una cum dicta universitate supplicabit et concensum suum prebebit domino nostro Pape, aut sacrosancto generali consilio Basiliensi in Spiritu Sancto legitime congregato, quathenus dictam diminutionem seu reductionem habeat ratam et gratam, et eam confirmare et ad successores suos episcopos Lodovenses, actentis oneribus et consideratis superius deductis, extendere velit et dignetur, et pariter scribet dominis cardinalibus, nepotibus suis et aliis qui in expeditione hujusmodi negocii poterunt prodesse, expensis tamen dicte universitatis.— Item.... quod dicti sigillarii, nomine dicte universitatis, pro omnibus arrayratgiis eidem domino Lodovensi episcopo de toto tempore preterito usque in hunc presentem diem ad causam dicte annue pensionis sive prestationis debite, dent et solvant, dareque et solvere teneantur eidem domino Lodovensi episcopo, in pace et sine questione, pro una vice dumtaxat, pro bono pacis et concordie, quadringentos mutones auri solvendos per terminos et solutiones sequentes, videlicet de presenti et ibidem realiter et de facto centum mutones auri, et de restantibus trescentis, videlicet centum et quinquaginta mutones auri in festo Beate Marie mensis augusti proxime venturi, et restantes centum et quinquaginta in die Carnisprivii proxime futuri; pro quibus eidem domino Lodovensi episcopo, ut premissum est, solvendis, dicti sigillarii bona dicte universitatis presentia et futura obligabunt et ypothecabunt, ut inferius describetur. — Item.... quod super expensis per eumdem dominum Lodovensem episcopum in prosequendo hujusmodi negotium factis debite, ambe ipse partes et quelibet ipsarum dicto, pronunciationi et determinationi, videlicet pro parte ejusdem domini episcopi venerabilium virorum domini Petri Fabri, in decretis licenciati, prepositi ecclesie Mirapiscensis, vicarii et officialis, Johannis Maffeni, in legibus baccallarii, judicis temporalis suorum, et pro parte dicte universitatis venerabilium virorum dictorum domini Johannis Martini et Philipi Rosseti stabunt

et stare debebunt, et in nullo eorum dicto contradicent. Qui hujusmodi electi bona fide promitent dictas expensas per eumdem dominum episcopum infra mensem eisdem in scriptis tradendas videre, et eas taxare juxta Deum et eorum conciencias, et taxatum hinc ad festum beati Johannis Baptiste proxime futurum refferre; quod taxatum dicta universitas eidem domino Lodovensi solvet in termino per ipsos quatuor rationabiliter statuendo; et pro solvendo eumdem taxatum bona dicte universitatis eidem domino Lodovensi episcopo erunt obligata, prout inferius declarabitur.— Item.... quod super injuriis, molestiis et offensionibus multis, que per aliquos presentis civitatis qui tempore prossequtionis hujusmodi negocii et alias fuerunt sigillarii, et per alios diversos cives et incolas ejusdem civitatis contra eumdem dominum episcopum, et in prejudicium et vilipendium dignitatis et dominii suorum dicte et facte fuerint, ut ipse asserit, quas injurias, molestias et offensiones ipse idem dominus episcopus tradet infra mensem in scriptis, stabitur dicto, ordinationi et pronunciationi supranominatorum quatuor ad taxandum expensas per ipsas partes electorum, ita tamen quod si alique sint injurie que possint reparari et reintegrari ad honorem ipsius domini episcopi et Ecclesie Lodovensis, reparabuntur et reintegrabuntur; si vero non possint reparari, nisi per modum petendi veniam, illam humiliter petent genibus flexis private in sua camera, vel peti facient ab illis qui dictas injurias protulerunt, prout ipsi domino Lodovensi episcopo videbitur, et ipse dabit et concedet eis liberaliter veniam; et predicti electi super dictis injuriis determinabunt hinc ad proxime instans festum beati Johannis Babtiste, et si infra eumdem terminum aliis prepediti negociis non possent, quod possent prorogare terminum semel dumtaxat.—Item.... quod tosciens quosciens oriretur lis, questio seu debatum inter eumdem dominum Lodovensem episcopum et dictam universitatem super statutis seu consuetudinibus dicte universitatis aut aliis, quod incontinenti, absque aliqua lite seu questione, stetur dicto et pronunciationi, videlicet pro parte ipsius domini Lodovensis episcopi venerabilis viri Guillermi Adhemarii, mercatoris de Claromonte, et pro parte civitatis Johannis Amalrici, mercatoris Lodove, qui ambo sic comuniter electi et, ipsis duobus aut altero ipsorum decedentibus vel decedente, alter vel alii sic comuniter eligendi, dicto casu adveniente, quod absit! dictas lites, ques-

tiones seu debata habeant decidere et determinare simpliciter et de plano sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta et bene intellecta. — Item transhegerunt, ut supra, quod cum hiis, et salvis hiis predictis, cuilibet dictarum partium sit pax et finis perpetuus inter ipsas partes de et super dictis questionibus, debatis, questionibus et demandis et deppendentibus et emergentibus ex eisdem, excepto tamen per eumdem dominum episcopum Lodovensem et expresse retento, quod in hujusmodi transhactione seu accordio non intendit includere viguerium regium Giniaci, magistros Bernardum Gaulesii, baccalarium in legibus Lodove, Johannem Textoris, notarium, Johannem Scolerii juniorem, Guiraudum Jordani, canabasserium, Petrum Pineti, notarium, Bernardum Arnaudi, Johannem Faydini, Petrum Stephani, Bartholomeum Fabri, Johannem Martini et Johannem de Digo, servientem, nec actiones quas adversus ipsos pretendit habere eis remictere, de quo primitus et ante omnia protestatus fuit et protestatur.

Quamquidem transhactionem et amicabilem compositionem prefate partes et earum quelibet, videlicet ipse dominus Lodovensis episcopus pro se, et dicti sigillarii et consiliarii dicte universitatis pro et nomine ejusdem universitatis et singularium de eadem, laudaverunt, approbaverunt.... sub juramentis, obligationibus, renunciationibus et aliis clausulis inferius prestandis et inserendis.

Et ibidem incontinenti, supranominatus dominus Lodovensis episcopus dictam transhactionem seu amicabilem compositionem et accordium insequendo ac eis semper stare volendo, sciens et actendens, ut dixit, omnia onera, paupertates et necessitates superius per dictos sigillarios et incolas dicte civitatis in eorum supplicatione exposita fore vera, tam propter guerras, tallias, impositiones, exactiones, depopulationes et enormes oppressiones et alia diversa gravamina que in presenti regno, tam etiam propter mortalitates, fructuumque sterilitates, que in presenti patria diu est viguerunt, prout proh dolor! adhuc vigent, ac etiam propter forum quod singulis diebus mercuriis in loco de Claromonte tenetur, quod multum auffert et subripit dicto Sestayrali emolumentum, quibus et aliis diversis inconvenientibus obstantibus, prout per summariam per ipsum, ut dixit, factam aprisiam sibi constitit et constat quod emolumentum Cestayralis

ejusdem civitatis non valet comunibus annis ultra viginti libras monete currentis, dictisque suis subditis de premissis compasciendo, ac etiam eorum supplicationibus inclinatus, infrascripta tamen omnia faciens idem dominus Lodovensis episcopus de consilio, assensu, et expresso concensu venerabilium virorum dominorum Deodati de Nogareto, Johannis Salvanh, Johannis de Sancto Martino, Guillermi Sabbaterii et Petri Peyrotas, canonicorum suorum ibidem presentium et Capitulum dicte Ecclesie Lodovensis facientium, cum plures non sint in presenti civitate residentes, ac consilium, assensum et expressum concensum eidem domino episcopo pro bono Ecclesie Lodovensis dantium et concedentium, quod iidem domini canonici ita confessi fuerunt fore verum, ipse, inquam, dominus Lodovensis episcopus, visa prius et inspecta utilitate Ecclesie sue Lodovensis, bona fide et sine omni dolo et fraude, per se et ad vitam suam dumtaxat, nisi et in quantum per dominum nostrum summum Pontifficem seu sacrum consilium Basiliense infrascripta diminutio sive reductio confirmaretur, et ad successores suos Lodovenses episcopos extenderetur, cum hoc vero presenti et publico instrumento firmiter valituro, dictam annuam pentionem seu prestationem dictarum sexaginta librarum turonensium et rendualium reduxit nunc et de presenti, et amodo perpetuis temporibus vite sue dumtaxat reductam esse voluit, dictis sigillariis et consiliariis presentibus et nomine dicte universitatis et singularium de eadem stipulantibus sollempniter et recipientibus, ad triginta libras monete hodie currentis, valentes quadraginta mutones auri in presenti patria cursum habentes, eidem domino Lodovensis episcopo [solvendas], casu predicto adveniente, in terminis et solutionibus superius expressatis, totum residuum dictarum sexaginta librarum turonensium, dictis triginta libris valoris predicti sibi salvis, dicte universitati remittendo et concedendo donatione pura, simplici et irrevocabili, que dicitur inter vivos, ad vitam suam solum et dumtaxat, nisi casu predicto adveniente; et ita predicta omnia universa et singula dictus dominus Lodovensis episcopus tenere, servare.... promisit....

Subsequenter vero supranominati sigillarii et consiliarii, pro se et nomine dicte universitatis, dictam diminutionem sive reductionem ac dictam transhactionem ratam et gratam habentes... recognoverunt ac in veritate confessi fuerunt se tenere et tenere

velle, nomine quo supra, ab eodem domino Lodovensi episcopo et successoribus suis in eadem ecclesia Lodovensi dictam partem cuparum que cundam fuit ipsius domini Lodovensis episcopi, prout et quemadmodum in superius declarata arbitrali pronunciatione continetur. Pro quaquidem parte dictarum cuparum iidem sigillarii et consiliarii, nomine predicto, promiserunt eidem domino Lodovensi episcopo esse boni, fideles et leguales, et cetera alia facere, tenere et adimplere, que sub juramento fidelitatis continentur. Et ita juraverunt super sancta Dei quatuor euvangelia ab ipsis et quolibet ipsorum corporaliter gratis tacta, necnon promiserunt et convenerunt iidem sigillarii et consiliarii, nomine predicto, dicto domino Lodovensi episcopo ibidem presenti et hoc pro se et ad vitam suam stipulanti et recipienti, eidem dare, tradere et solvere in pace et sine questione, singulis annis vite sue et suorum in eadem ecclesia Lodovensi successorum, si per summum Pontifficem aut dictum sanctum consilium ad ejus successores presens diminutio sive reductio extendi possit ac confirmari et approbari, pro usatico sive annua pensione seu prestatione predicte partis cuparum, videlicet dictas triginta libras monete hodie currentis, valentes quadraginta mutones auri nuper in presenti regno cursum habentes, in terminis et solutionibus superius dictis, et in domo episcopali Lodovensi portandis. Item ulterius promiserunt et convenerunt prefati sigillarii et consiliarii, pro et nomine dicte universitatis, dare, tradere et solvere eidem domino Lodovensi episcopo seu suis imposterum heredibus dictos quadringentos mutones auri seu eorum legitimum valorem dicte monete currentis, terminis et solutionibus superius speciflicatis et declaratis, salvis et illesis remanentibus statutis dicte pronunciationis, necnon et expensas per supranominatos quatuor taxandas et refferendas termino per eosdem quatuor statuendo...

Acta et recitata fuerunt hec in Lodova et in Aula episcopali Lodovensi, in camera retractus ejusdem, in presencia et testimonio dominorum Fulconis Bienresta, presbiteri, archipresbiteri de Cajarco, literarum sacre penitenciarie appostolice scriptore et correctore, Guiraudi de Porta, presbiteri, in artibus et decretis baccallarii, magistrorum Johannis Novelli, baccallarii in decretis, Caturcensis diocesis, Ramundi Fossamala, Petri Bruguieyra, notariorum habitatorum de Caylari, Ramundi Maserandi, notarii de Lodova, testium ad premissa voccatorum et rogatorum, et mei

Hugonis de Fonte, clerici Ruthenensis diocesis, publici auctoritate episcopali Lodovensis notarii, qui in premissis omnibus et singulis, dum, sicut premittitur, agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus ac magistro Guillelmo Bardini, Lodovensi notario publico, presens interfui, etc.

(Archives de Lodève).

CXXXIII

Contrat pour réparer les vitraux de l'église des Frères Mineurs

16 JANVIER 1441

Anno ab Incarnatione Domini computato millesimo quadringentesimo quadragesimo et die sextadecima mensis januarii, domino Karolo etc. regnante, et reverendo in Xristo patre et domino nostro domino P., miseratione divina Lodovensi episcopo etc., hora prime dicte diey, in capitulo conventus Fratrum Minorum Lodove, in presencia mei notarii publici et testium infrascriptorum, congregatis et convocatis ad sonum campane honorabilibus ac discretis viris religiosis fratribus Firmino Voquerii, gardiano, Glaudio Martini, vicario, Johanne Firmandi, Stephanus Aldiassii, lectoribus, Hugone Mayniberti, ut saniore parte etc. ab una parte; et Christiano Fodiri, veyrerio ville Montispessulani, ab alia parte; qui supradicti fratres ibidem fecerunt et tradiderunt pactum et res infrascriptas de voluntate et licencia dicti gardiani, et dictus gardianus de voluntate eorumdem fratrum, et dictus Christianus per se et suos, omnes insimul et quisque ipsorum tam conjunctim quam divisim et absque alicujus ipsorum excusatione, videlicet dicti fratres pro se et dicto conventu, et Christianus pro se, et tenore presentis instrumenti etc. fecerunt et convenerunt unus alteri, dicti fratres tradendo res infrascripta pro abtando dicto Christiano, ut sequitur:

Et primo idem Christianus, veyrerius, promisit et convenit reparare et abtare bene et sufficienter veyrialia que sunt in ecclesia a parte dextra, scilicet a parte orientis, in quinque capellis ejusdem ecclesie, scilicet ea que defficiunt, et bene mundare. Item promisit et convenit idem Christianus, veyrerius, in capella tertia dicte ecclesie partis sinistre, videlicet a parte solis occasus et a capella beati Anthonii de Viennecio computata, veyrialia ejusdem capelle, scilicet duos panellos et duos arquets bene et suffi-

cienter aptare, reparare et mundare, et unum O de supra novum facere; et dicti fratres residuum dictum veyriale eorum propriis sumptibus et expensis hedificare aut hedificare facere. Item convenit ultra predicta idem Xristianus ac promisit dictis fratribus, religiosis et conventui bene et sufficienter aptare in veyriali capelle beati Anthonii de Padoa, videlicet quatuor panellos et duos arcquetz bene et sufficienter et *los hos* dicti veyrialis de novo facere, et residuum dicti veyrialis dicti fratres hediffficare seu hediffficare facere promiserunt ejusdem conventus propriis sumptibus et expensis. Item idem Christianus promisit veyriale et veyrias capelle beate Marie dicte ecclesie bene et sufficienter que defficient [facere] et eadem veyria mundare et scobare. Item in coro ejusdem conventus ecclesie, a parte lateris dextri sive solis ortus, quinque *os* de vitro facere et unum arquetum. Item omnes fenestras sive veyrialia dicti cori reparare et emendare ea que defficient et eadem mundare. Item unum veyriale in fenestra existente supra portam majorem dicte ecclesie existentem de vitro cum una ymagine beati Francisci depicta facere bene et sufficienter. Item promisit idem Christianus habere suis propriis sumptibus et expensis totum vitrum et plumbum ad dictum opus necessarium suis sumptibus et expensis.

Item iidem fratres, nomine dicti conventus, promiserunt eidem Christiano primo providere et dare alimentum necessarium sibi Christiano et suo famulo, tantum quantum erunt in opere predicto et dictum obratgium facient. Item promiserunt eidem providere de leg[na], etiam de igne et barris et clavis ferri ad dictum obratgium necessariis. Item iidem fratres promiserunt eidem Christiano providere de fustibus et cordis sive restis necessariis statgiis que fient in dictis veyrialibus, et etiam de semento sive murterio.

Et pari modo idem Christianus promisit dictum obratgium incipere hinc ad mediam Quadragesimam proxime venientem.

Pro quoquidem obratgio et labore dicti Xristiani predicti fratres, predicto nomine, promiserunt et convenerunt eidem Xristiano dare et solvere quinquaginta quinque libras monete currentis, valentes septuaginta mutones auri. Quasquidem quinquaginta quinque libras in valore predicto eidem Xristiano presenti et pro se etc. stipulanti solvere promiserunt in pace, videlicet de presenti octo libras, valentes decem mutones auri, et ex consequenti

hinc ad festum Johannis Baptiste proxime instans sexdecim libras, valentes viginti mutones auri, et residuum dicte summe hinc ad proximum festum beati Miquaelis proxime instantis arquangeli, una cum omnibus dampnis, et pro quibus solvendis etc. — Actum ubi supra in dicto Capitulo Fratrum Minorum, presentibus Bernardo Capellani, appoticario, Guillelmo Barralis, clerico, Guillelmo Albanhacii, et me Bernardo Gay, notario.

(Minutes de Bernard Gay, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXXXIV

Inventaire de la Léproserie

18 NOVEMBRE 1441

Inventarium bonorum hospitalis pauperum leprosorum Lodove factum dicto anno [M° CCCC^{mo} XL primo] et die XVIII novembris.

Et primo quasdam mapas circa X palmorum.
Item unam payrolam circa trium ferratorum quasi novam.
Item unam payroletam unius ferrati.
Item septem linteamina bona.
Item restant in hospitali X linteamina pauperibus.
Item novem lodices tam bonos quam pravos.
I pitalpham I quarti stagni.
Item aliam agateriam.
I platum stagni.
I conquetam parvam bonam.
Item V capsas tam bonas quam pravas (1).
Item unam culcitram novam, fuit domini Joh. Malevallis.
Tres coycinos.
Item unum matalacium.
Item tres capdalietz.

Omnia predicta tradita fuerunt R. Saloti et Vincentio Mata, infirmis. — Acta fuerunt hec ante dictum hospitale; testes Joh. Guercii, B. Cappellani, Guiraudus Peytavi, Berengarius Crispini, Stephanus Benedicti, Joh. Agulhonis Sancti Martini de Ursayrolis.

(Minutes de P. Pinet, notaire à Lodève, étude Hébrard).

(1) Ms. bonas.

CXXXV

Lettres de Charles VI au Sénéchal de Beaucaire en faveur d'un habitant de Lodève, héritier d'un marchand de la même ville qui, étant à Monaco, avait été dépouillé et maltraité par Louis de Grimaldi, seigneur du lieu

9 JUILLET 1443

Karolus, Dei gratia Francorum rex, Senescallo nostro Bellicadri et Nemausi seu ejus locumtenenti, salutem. — Gravem querelam Humberti Tongacii de Lodova senescallie nostre Carcassone, heredis seu succedentis defuncti Johannis Trigorini, ejusdem loci de Lodova, recepimus continentem quod pridem de anno Domini millesimo quatercentesimo, predicto Johanne Trigorini accedente de dicto loco Lodove apud Januam, tunc existentem ad manum nostram, et defferente plures marcancias, utpote decem balas pargamenorum electorum et quinque duodenas pellium aludarum cum duobus pannis de burello, ac eodem Johanne Trigorini applicato seu arrivato in portu Monachi, quod est supra mare inter Niciam et Januam, quidam Ludovicus de Grimaldis, miles, infra dictum locum Monachi existens, ipsum Johannem Trigorini cum duobus suis sociis in carcerem detrusit, et ipsum Trigorini dictis suis marcanciis spoliavit et depredatus fuit, que comuni extimacione quater centum scutorum valere dixebantur et valebant. Et deinde ipsum Trigorini idem de Grimaldis per mensem et ultra in firmis carceribus miserabiliter detinuit, et multas injurias ac minas de ipsum et ejus socios interficiendo in dispectu nostri, et pro eo quia regnicole nostri erant se jactavit, quod et de facto fecisset, nisi ab hoc ad suasionem plurium personarum probarum diversus fuisset; unde idem miles, dictis marcanciis penes se retentis, ipsum Trigorini et ejus socios post multiplices malas tractaciones abire permisit. Super quo idem Trigorini, volens suo posse recuperare dictas suas marcancias, et etiam assequi satisfactionem et emendam de dictis injuriis per dictum de Grimaldis datis, factisque et illatis, ad officiarios Curie sub cujus districtu dictus locus Monachi dicitur existere recurrit, et de hiis ipsos officiarios sufficienter et debite informavit. Qui siquidem officiarii Curie, ad ipsius Trigorini querimoniam, de casibus predictis informationes ad perpetuam rei memoriam sumpserunt, et ex-

inde idem Trigorini ipsas informationes carissimo consanguineo nostro tunc Comiti Sabaudie portavit, justicie remedia ab eodem humiliter contra dictum de Grimaldis, ipsius consanguinei nostri subditum et vassallum, exposcendo; cujusquidem Trigorini per eumdem consanguineum nostrum Comitem Sabaudie audita querimonia, ipse idem consanguineus noster Comes Sabaudie prefato Trigorini litteras suas in forma comuni suo locumtenenti et gubernatori terre sue Provincie directas super facienda eidem justicia concessit, quas exinde idem Trigorini ipsi gubernatori aut suo locumtenenti presentavit. Et nichilominus a recolende memorie domino patre nostro litteras requisitorias obtinuit, quarum litterarum vigore fuit requisitus idem gubernator terre Provincie dicti consanguinei nostri Comitis Sabaudie quatenus de et super dictis raubariis et aliis injuriis et violenciis per dictum de Grimaldis in odium nostri aut aliter dicto Trigorini datis, factis et illatis haberet justiciam ministrare, et hoc sub intimatione marche et represaliarum, si et quatenus deficeret idem gubernator in justicia ministranda eidem Trigorini de dicto de Grimaldis. Quibus litteris domini patris nostri et aliis dicti consanguinei nostri Comitis Sabaudie dicto gubernatori presentatis, idem gubernator aut ejus locumtenens predicto Trigorini litteras citatorias contra dictum de Grimaldis concessit, per quas citatus fuit idem de Grimaldis coram eodem gubernatore aut suo locumtenente responsurus de justicia de et super premissis predicto Tregorini; sed non hoc perpetrans idem de Grimaldis coram dicto gubernatore seu suo locumtenente comparere curavit, quinymo contumax fuit; unde ipsius contumacia sufficienter per dictum Trigorini accusata, et eodem de Grimaldis per dictum gubernatorem aut ejus locumtenentem reputato contumace, idem gubernator aut ejus locumtenens, exhigente contumacia dicti de Grimaldis, ordinavit ipsum Trigorini prosequentem fore mittendum in possessionem tedialem bonorum ipsius de Grimaldis usque ad summam debitam per ipsum Trigorini petitam, valoris novem centum scutorum auri, de sexaginta quatuor pro marcha, tunc cursum habentium, scilicet quater centum scuta pro dictis marcanciis et quingentos pro injuriis, dampnis et interesse per ipsum prefatum de Grimaldis eidem Trigorini datis, factis et illatis. Et deinde idem Trigorini dictam ordinacionem, quantum sibi possibile fuit, executioni demandari fecit, ad manum dicti consan-

guinei nostri Comitis Sabaudie poni faciendo quintam partem gabelle salis levari consuete in dicto loco Nicie pertinentis predicto de Grimaldis, et exinde iterato et alia vice citari fecit ipsum de Grimaldis super obtinendo ab eodem justiciam plenariam de premissis, et maxime super procedendo ad vendicionem dicte quinte partis gabelle salis ad finem convertendi precium ejusdem quinte partis gabelle salis in solutionem dicte summe novem centum scutorum auri. Qua die citationis, idem de Grimaldis quemdam talem qualem procuratorem coram dicto gubernatore seu ejus locumtenente misit, et per suum procuratorem allegari et proponi fecit multas frivolas fori declinatorias exceptiones, quas tamen non admisit et merito predictus gubernator seu ejus locumtenens; quinymo, partibus auditis ipse idem gubernator eosdem de Grimaldis et Trigorini cum suis processibus remisit apud Chamberiacum coram dicto consanguineo nostro Comite Sabaudie pro ibidem obtinendo justiciam unius ab alio super hiis que unus ab altero petere seu querelare voluissent; ad que processit dictus gubernator seu ejus locumtenens in favorem dicti de Grimaldis, et causa differendi bonum jus ipsius Trigorini. Qui siquidem Trigorini sic penitus depauperatus et ad totalem destructionem et inopiam deductus, dictam suam causam ex post contra dictum de Grimaldis prosequi non valuit; quinymo, ipsa causa sua sic indiscussa et nulla consequta satisfactione de premissis, ab humanis decessit, relicto sibi et superstite dicto Humberto Tongacii, supplicante, herede seu succedente suo universali. Qui Humbertus eidem Trigorini successit et ipsius heres universalis fuit et est pleno jure ; unde, cum mediis predictis prosequtio querele predicte dicto supplicanti contra dictum de Grimaldis pertineat et competat, et pre inopia et etiam propter guerras in hujusmodi regno nostro jam longinquis temporibus existentes, dictus quondam Trigorini seu, post ejus decessum, dictus supplicans heres et succedens in dictis bonis dictam causam non potuerint prossequi neque finiri facere. Nos, ad supplicationem et requestam ipsius Tongacii, vobis tenore presentiu m comitimus et mandamus, et quia alias super hoc vobis direximus exequi, quia estis propinquior judex noster terra Provincie predicti consanguinei nostri Ducis Sabaudie, quatenus, si vobis constiterit de premissis causis p[er eum] in supplicatione [ipsius] expositis, dictum gubernatorem terre Provincie dicti consanguinei nostri

Ducis Sabaudie et alios suos officiarios civitatis Nicie ex parte nostra requiratis, quos etiam tenore presentium requirimus, quatenus dicto supplicanti de et super dictis suis nobis expositis ministrent celeris justicie complementum, intimando nichilominus eisdem et cuilibet ipsorum quod, nisi premissa fecerint et justiciam super premissis eidem supplicanti non ministraverint cum effectu, nos contra ipsos et eorum quemlibet ac etiam subditos et sua bona per viam marche vel represalias aut alias, ut ordo juris dictaverit et fuerit rationis, procedemus et procedi faciemus, offerentes nos ipsis in similibus et majoribus complacere. — Datum Pictavis die nona mensis julii, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio et regni nostri vicesimo primo.

(Archives particulières).

CXXXVI

Arrentement par les Sigilliers à Pierre Montels, pareur de draps, de partie du chemin entre les fossés et le mur de ville

28 OCTOBRE 1449

In nomine Domini amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo nono et die vicesima octava mensis octobris, christianissimo et serenissimo principe domino Karolo, Dei gratia Francorum rege regnante, noverint universi quod providi et honorabiles viri Philipus Rosseti junior et Guillermus Mansoni, sigillarii prime et ultime scalarum Lodove, pro se et provido viro Bernardo Stephani, etiam sigillario secunde scale Lodove, eorum socio, cum consilio et ex deliberatione et expresso concensu consiliariorum suorum presentis civitatis Lodove, informata per eos utilitate et comodo dicte civitatis Lodove et habitantium ejusdem, certi de eorum facto, ut dixerunt, et ad plenum instructi, bona fide, omni dolo et fraude cessantibus et remotis, gratis et ex eorum certa scientia ac spontanea voluntate, per se et suos in futurum successores sigillarios Lodove, cum hoc vero presenti publico instrumento firmiter valituro, arendaverunt sive in loquerium tradiderunt Petro Montelhs, paratori Lodove, ibidem presenti et pro se et suis solempniter stipulanti et recipienti, ad et per totum tempus quod dictus Petrus Montelhs, arendator sive locator, et sui in perpetuum successores tenere et possidere volue-

rint, videlicet summitatem cave que est inter pontem Lerge Lodove et turrim vulgariter dictam d'Andrivet, incipiendo a fundo dicte cave versus dictam turrim nuncupatam d'Andrivet, et tendendo usque ad murum seu cadrum muri dicti pontis Lerge, demptis et exceptis subtus cavis versus dictum pontem. Hujusmodi enim arrendamentum sive loquerium dicte summitatis cave superius confrontate, speciflicate et designate fecerunt dicti Rosseti et Mansoni, sigillarii Lodove, pro se et dicto Bernardo Stephani, etiam consigillario Lodove, de consilio et expresso consensu eorum consiliariorum predicto Petro Montelhs presenti et ut supra stipulanti et recipienti, pretio vero justo et rationabili inter eos convento et concordato pro quolibet anno, tantum quantum tenere et possidere eamdem summitatem cave dictus Montelhs aut sui voluerint, videlicet viginti solidorum turonensium monete hodie currentis in presenti regno Francie, quos viginti solidos turonenses dictus Petrus Montelhs solvere promisit singulis annis, in festo Nativitatis Domini, dictis sigillariis Lodove ibidem presentibus et pro se et suis in futurum successoribus sigillariis stipulantibus et recipientibus. Sciendum est autem quod hujusmodi arrentamentum sive loquerium dicti sigillarii Lodove ex consilio et deliberatione qua supra dicto Petro Montelhs presenti et ut supra stipulanti et recipienti fecerunt, et hoc sub et cum pactis, modis, formis et conditionibus sequentibus et ipsis eisdem partibus salvis et illesis renunciationibus.

Primo enim fuit pactum, deductum et conventum inter dictas partes, sollempni et valente stipulatione interveniente, quod dictus Petrus Montelhs et sui in futurum successores teneantur et debeant tenere constructum et reparatum totum parietem, qui est versus riperiam Lerge, tantum quantum dictam summitatem cave tenebit et durabit, et de novo reparabit dictum parietem et faciet unum cachapech, qui assendet per tres palmos supra terram dicte summitatis cave. Item plus fuit pactum, deductum et conventum inter dictas partes, ut supra, quod dictus Petrus Montelhs facere vel fieri faciet versus muros ville Lodove unum alium parietem, qui erit ad instar terre dicte summitatis et distabit a pariete exteriori per duodecim palmos. Et sic cum predictis pactis et conventionibus, et ipsis semper salvis et illesis remanentibus, dicti domini sigillarii pro se et eorum socio consigillario, de consilio quo supra, de omnibus fructibus, usufructibus, gausidis

percipiendis et emolumentis predicte summitatis cave superius confrontate, speciffìcate et designate, durante dicto toto tempore quo dictus Montelhs et sui successores ipsam summitatem cave tenere et possidere voluerint, se desvestierunt et dictum Petrum Montelhs ibidem presentem et ut supra stipulantem et recipientem pleno jure investierunt ita quod de eodem summitate cave, prout superius est confrontate, possit et valeat uti, frui et gaudere, et in eadem summitate cave dictus Montelhs et sui successores possint et valeant intrare....

Acta fuerunt hec omnia in dictis cavis, et fuerunt testes venerabiles et discreti viri magister Bernardus Gaulesii, in legibus baccallarius, Johannes Textoris, Guillelmus de Brossia, notarii, Bernardus Solayrolis, mercator, Johannes Cabareti, faber, Guillelmus Baussoni, macellarius, et Stephanus Benedicti, et magister Bartholomeus Fabri, clericus Lodove, publicus auctoritate regia notarius, etc.

(Archives de Lodève).

CXXXVII

Vente par Gaspard de Lodève à Guillem Maffeu de droits féodaux à Lodève, Montbrun et dans le diocèse

26 JUIN 1451

Anno quo supra Domini millesimo quatercentesimo quinquagesimo primo et die vicesima sexta mensis junii, domino Karolo etc. noverint.... existens personaliter constitutus nobilis vir Gaspar de Lodova, filius emancipatus donatarius nobilium Bernardi de Lodova, domini de Fontesio, et Delphine conjugum, factus principalis venditor bonorum et rerum infra descriptarum .... vendidit .... venerabili viro domino Guillelmo Maffeni, legum doctori, oriundo civitatis Lodove, habitatori ville Montispessulani, presenti .... in et sub falso alodio et sub homagio fidelitatis prestando reverendo in Christo patri domino Episcopo Lodovensi, atque recognitione prestanda in casibus et modo atque forma antiquis et consuetis, videlicet primo omne et totale dominium, jurisdictionem altam, mediam et bassam, merumque et mixtum imperium, et etiam directum dominium, laudimium, investituram, foriscapia, prelationem. jus capiendi et retinendi in commissum, et alias

prerogativas ad directum dominium, jurisdictionem, merum imperium, altam et bassam pertinentes et spectantes.

Item vendidit .... domos, pascua, nemora, devesia, molendina, riperias et alias derivationes aquarum, et alias terras heremas et vestitas.

Item omnes et quoscumque census, usatica, jura patronatus quarumcumque capellaniarum et collationem fundorum.

Item et quecumque castra, fortalitia et casalia et generaliter omnes et quascumque alias res prerogativas, actiones, bona et jura mobilia et immobilia sua et dictorum parentum suorum, et cujuslibet ipsorum situatas, stantes, situata et stantia in locis, civitate, jurisdictionibus et territorio sequentibus:

Videlicet infra dictam civitatem Lodove et barrium castri Montisbruni et ejusdem Montisbruni districtum (1) et tam super Cestairali ibidem civitatis Lodovensis quam aliis rebus, proprietatibus, jurisdictioneque et territorio dicte civitatis Lodovensis.

Item infra castra et jurisdictiones de Subertio, de Riperia, de Caylario Alajovis, de Laurosio, de Vaccaria, de F.... (2) et generaliter infra totam dictam diocesim Lodovensem, [que] et quas tenentur in falso alodio vel alias a dicto domino Episcopo Lodovensi vel aliis dominis, vel etiam sunt et stant in puro et franco alodio, et alias quomodocumque de presenti pertinentes et pertinentia aut in futurum ipsis nobilibus Gaspari, Bernardo et Delphine, aut suis in futurum quibuscumque cum tamen et omnibus servitutibus.... et sub pacto et conventione infrascriptis, videlicet quod dictus nobilis Gaspar tenebitur.... facere.... predictam venditionem.... ratificari.... per dictos nobiles Bernardum et Delphinam, parentes suos, ac etiam nobilem Catharinam, uxorem suam, de die in diem.... Hanc autem venditionem fecit idem nobilis Gaspar predicto domino Guillelmo Maffeni presenti.... pretio universali centum librarum turonensium monete nunc currentis.

Acta fuerunt hec in Montepessulano infra domum habitationis dicti domini Guillelmi Maffeni, emptoris, presentibus testibus.... et me Andrea Bolati, notario....

(Arch. dép. de l'Hérault, fonds du Chapitre de Lodève, reg. 1, f° 405 v°).

(1) Ms. districtuum. Nous ne pensons pas que ce soit la bonne leçon.

(2) Mot en blanc, sans doute : Foderia, Fozières.

CXXXVIII

Présentation par les Sigilliers du prieur de Saint-Thomas

22 NOVEMBRE 1451

Anno Domini M° CCCC° L° primo et die XXII^a mensis novembris, regnante Karolo etc., noverint universi quod honorabiles viri Guillelmus Gavaudani, Guiraudus Peytavi, sigillarii secunde et tercie scalarum Lodove, una cum magistro B. Gaulesii, vicegerente et assessore, cum B. Cappellani, Joh. Guercii, Joh. Artaldi, Egidio Pellaterii, Joh. Dolieyriis, Ramundo Salamonis, Berengario Crispini et Petro Pojolis, cultore, eorumdem sigillariorum consiliariis, consilium in domo comuni, ut moris est, tenendo, scientes et certificati quod prioratus Sancti Thome Lodove vacat per mortem domini Johannis Malevallis, et collatio sive presentatio et jus patronatus ad dictos dominos sigillarios spectat et pertinet, ideo de concensu ipsorum consiliariorum, saltem majoris partis, hinc est quod volentes procedere ad nominandum et presentandum ad dictam collationem, nominaverunt dominum Laurencium Gavaudani, presbiterum, commorantem in monasterio de Nonenca.

Qua die, sumpto prandio et consilio tento, dicti domini sigillarii et dictus Gaulesius cum eis et cum certis aliis consiliariis ad Aulam episcopalem domini nostri Lodovensis Episcopi accesserunt, et ego notarius infrascriptus cum eis, et in camera paramenti dicte Aule reperierunt reverendum patrem dominum Johannem de Orcheriis, vicarium generalem totius episcopatus Lodovensis, eidemque casum organo dicti Gaulesii explicari fecerunt, ipsumque requisiverunt, ut patroni dicti prioratus, quod dictum dominum Laurencium Gavaudani, quem sibi nominabant, in priorem dicte ecclesie Sancti Thome admiteret et confirmaret et tanquam ydoneum et sufficientem, prout juris ordo requirit. Et tunc dictus dominus Vicarius respondit quod de jure comuni et stilu est quod omnes ecclesie in Lodovensi dyocesi existentes sunt sugecte dicto domino nostro Lodovensi Episcopo et per consequens de beneficiis ipsarum collationem [potest] facere quibus voluerit, nisi de contrario appareat; et ideo eisdem peciit portari et sibi ostendi eorum jus patronatus pretensi et, viso, paratus est facere que debebit, quia nemini prejudicare volebat; sed intendit reddere et conservare cuique jus suum pro posse. Et tunc dicti

domini sigillarii organo quo supra protestati fuerunt, ne tempus juris probandi prejudicet eis in eorum jure et ne currat in eorum prejudicium.... — Acta ubi supra; testes fuerunt etc.

Postque, dicto anno et die xv decembris hora terciarum, dicti G. Gavaudani et Gaulesii suplicaverunt domino Vicario ut dictum presentatum presbiterum admiteret in priorem Sancti Thome, quia instrumenta eorum patronatus reperire non possunt propter mortem magistri Bartholomei Fabri. Et tunc dictus dominus Vicarius eisdem ampliavit tempus ad et per totum mensem januarii futurum, ut tempus non currat in eorum prejudicium. — Acta in tinello Aule episcopatus, testes etc.

(Minutes de P. Pinet, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXXXIX

Lettres de Charles VII obligeant tous les propriétaires sans exception de biens ruraux dans le territoire de Lodève de contribuer au payement des tailles

2 SEPTEMBRE 1452

(Archives de Lodève).

CXL

Dénonciation par la Ville de l'inféodation de la part du droit de coupe acquise de l'Evêque en 1292, comme devenue trop onéreuse par suite de la diminution des revenus du Sestayral

5 JUILLET 1454

(Archives de Lodève).

CXLI

Acquisition par les Sigilliers de la maison publique de Lodève

1. Donation de la maison publique par Bernard Hugues

2 JANVIER 1455

Nomen Domini nostri Jeshu Xristi sit benedictum, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, et die secunda mensis januarii, illustrissimo principe

domino Karolo Dei gratia Francorum rege christianissimo regnante, et reverendissimo in Xristo patre et domino domino Guilhermo permissione divina sacrosancte romane Ecclesie presbitero cardinali tituli Sancti Martini in Montibus, d'Estoutavilla vulgariter nuncupato, Ecclesie episcopatusque Lodovensis ac comitatus Montisbruni perpetuo comendatario existente, noverint universi.... quod in mei notarii publici.... existens et personaliter constitutus Bernardus Hugoni Lodove, qui gratis.... cum hoc vero presenti et publico instrumento.... ut pater et legitimus administrator Petri Hugonis, filii sui legitimi et naturalis.... dedit, donavit.... videlicet venerabilibus et honorabilibus viris domino Guiraudo Jordani, in utroque jure licenciato, et Guilhermo Baussoni, sigillariis et consulibus anni presentis Incarnationis Domini millesimi quadringentesimi quinquagesimi quarti Lodove presentibus, et michi notario publico infrascripto, nomine dicte universitatis Lodove stipulantibus sollempniter et recipientibus, ad omnes omnino dicte universitatis Lodove voluntates in vita pariter et in morte, plenarie et perpetuo, deinceps faciendas... tamen sub directo, dominio et consilio domini de Fontesio et sub usatico annuo trium denariorum turonensium parvorum annue solvendorum eidem aut ejus receptori, usatgerio aut nuncio in festo sancti Andree apostoli.... videlicet quamdam domum sitam in barrio Montisbruni Lodove, in qua solet teneri *bordel*, confrontatam a duabus suis partibus cum domo et viridario Petri Pojolis, laboratoris dicti barrii, et ab alia parte cum honore heredum Johannis Cabareti, quondam fabri dicti barrii, et ab alia parte cum quodam casali Guilhermi Bausoni, macellarii Lodove, et cum itinere quo itur a dicto barrio versus ecclesiam Nostre Domine de Bello loco, et cum suis aliis.... Hanc autem donationem, cessionem et remissionem supradicte domus preconfrontate et designate cum suis predictis juribus et pertinenciis fecit prelibatus Bernardus Hugonis, nominibus quibus supra, prefatis sigillariis et consulibus Lodove stipulantibus ut supra quia ita sibi placuit et placet donare, cedere et remitere, ut dixit, et quia nil comoditatis dicta domus sibi et dicto Petro, ejus filio, offerebat, sed dumtaxat ex eadem honus senciebat, quia minatur collapsum et ruinam.... — Acta fuerunt hec premissa omnia et publice recitata Lodove in domo comuni, presentibus testibus ad premissa vocatis, roguatis et adhibitis Bernardo

Stephani, Jacobo Guariguas, Bertrando Camboni, laboratore, Thoma de Nuce, Petro Pujolis Lodove, et me Anthonio Montisfajonis, notario, etc.

(Archives de Lodève).

2. Acquisition d'un immeuble contigu au précédent

13 DÉCEMBRE 1455

Emptio universitatis Lodove domus postubularis (sic)

Nomen Domini nostri Jhesu Xristi sit benedictum, amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto et die tercia decima mensis decembris, illustrissimo principe domino Karolo Dei gratia Francorum rege christianissimo regnante, et reverendissimo in Xristo patre et domino domino Guillermo, permissione divina sancteque Sedis apostolice gratia sacrosancte romane Ecclesie presbitero cardinali titulo Sancti Martini in Montibus De Stouteville vulgariter nuncupato, episcopatus Lodovensis et comitatus Montisbruni perpetuo comendatario existente, noverint universi et singuli, presentes pariterque futuri, quod in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia et audientia existens et personaliter constitutus probus vir Petrus Pinolis, laborator barrii Montisbruni Lodove, qui gratis et ejus certa scientia ac voluntate spontanea animique sui libertate motus, ut dixit, non vi, dolo, metu.... cum hoc vero presenti et publico instrumento nunc et semper firmiter valituro et nunquam in alio revocaturo, pro se et successoribus universis vendidit et titulo pure, mere.... ac dereliquit honorabilibus viris magistro Petro de Vinea, in artibus magistro, in medicina baccallario, et Raymundo Camblacii, sigillariis ville Lodove, presentibus et michi notario publico infrascripto, nomine et ad opus universitatis dicte ville Lodove stipulantibus solempniter et recipientibus... cum consilio, laudimio, foriscapio jureque prelationis et pre ceteris retinendi domini loci de Fontesio, et ad usaticum annuum septem denariorum turonensium annue solvendorum in festo sancti Andree apostoli, videlicet quamdam domum cum suo orto contiguo sitam in barrio Montisbruni Lodove, confrontatam ab una sui parte cum honore Petri Caboti, et ab alia parte cum honore Petri Cursac, et ab alia parte cum quadam domo Ville Lodove, et ab alia parte cum itinere quo itur a dicto barrio Montis-

bruni versus castrum Montisbruni Lodove, et cum aliis duabus carreriis publicis, et cum suis aliis.... Hanc autem venditionem preconfrontate domus cum viridario fecit prelibatus Petrus Pinolis, venditor, prenominatis magistro Petro de Vinea et Raymundo Camblacii, sigillariis, nomine dicte universitatis stipulantibus solempniter et recipientibus, ad habendum, utendum, fruendum.... et hoc precio et nomine precii veri, legualis et legitimi hujusmodi venditionis, videlicet quindecim librarum sexdecim solidorum et octo denariorum turonensium, valentium viginti mutones auri, quolibet mutone auri computato pro quindecim solidis et decem denariis turonensibus et e converso olim currentibus in presenti regno Francie.... De quibus premissis omnibus universis et singulis dicti domini sigillarii, nomine dicte universitatis Lodove, petierunt sibi fieri atque tradi publicum instrumentum per me notarium publicum infrascriptum. — Acta fuerunt hec omnia et publice recitata Lodove in operatorio mei notarii publici infrascripti, presentibus testibus ad premissa vocatis, roguatis et adhibitis magistro Huguone Fulcranni, sirurgico, Guillermo Rossilhas, pannitonsore, Bernardo Capellani, appothecario Lodove, et me Anthonio Montisfajonis, notario regio Lodove infrascripto.

Post que anno, die, regnante et existente quibus supra, noverint universi et singuli, presentes pariter et futuri, quod in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia et audientia existens et personaliter constitutus discretus vir dominus Azemarius de Malomonte, procurator assertus reverendi patris domini Guillelmi Maffeni, legum sacrarum eximii professoris, causam habentis a nobili Bernardo de Lodova, domino de Fontesio, qui certus et certificatus per me notarium publicum infrascriptum de predicta venditione.... laudavit, ratificavit, emologuavit pariter et confirmavit, ratamque, gratam habuit, confitens habuisse justum laudimium ex eadem dicto domino doctori spectans.... — Acta fuerunt hec et publice recitata Lodove in domo prelibati magistri Petri de Vinea, sigillarii, presentibus testibus ad premissa vocatis, roguatis et adhibitis Guillermo Gravaudani, fusterio, Bernardo Bilhardi, spalmatore lanarum Lodove, et me supradicto Anthonio Montisfajonis, notario regio Lodove.

(Archives de Lodève).

CXLII

Arrentement des droits du Chapitre sur la boucherie de Lodève

7 JUIN 1456

Anno Incarnacionis Domini M° IIII° LVI et die septima junii, dominus Alziassius Maurelli, bajulus Capituli, arrendavit Jacobo Foresii, mercatori Lodove, presenti, videlicet omnem *carnenc* Lodove levari consuetum per dictum Capitulum in villa Lodove pro presenti anno pretio quadraginta unius librarum turonensium, quas solvere promisit terminis consuetis, sub obligatione omnium bonorum suorum viribus Curie spiritualis et temporalis Lodove, etc. — Actum Lodove, testes, etc. et ego St. de Cossergiis, notarius.

(Minutes d'Etienne de Coussergues, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXLIII

Analyse de vente au Chapitre par Jeanne Carcassonne, veuve de Jean Maffeu, des droits féodaux acquis par ce dernier de la famille De Lodève

15 FÉVRIER 1457

Verum postmodum anno Incarnationis Domini M° IIII° LVII^to^ et die XV mensis febroarii, magister Johannes Pascalis, in legibus baccalarius, ut procurator nobilis domine Johanne specialem et expressam habens potestatem, prout constat quodam publico instrumento sumpto et recepto per magistrum Johannem de Fide, notarium Montispessulani, sub anno Domini M° IIII° LVII a Nativitate sumpto et die nona mensis febroarii, predicta feuda et usatica et alia quecumque per dictum Maffeni a dicto de Lodova acquisita et in tota diocesi Lodovensi existentia vendidit predicto venerabili Capitulo, prout de dicta venditione per dictum Pascalis facta constat quodam publico instrumento [sumpto] et recepto per magistrum Guillelmum Bardini, notarium publicum civitatis Lodove, sub anno predicto LVII et die XV mensis febroarii.

(Arch. dép. de l'Hérault, fonds du Chapitre de Lodève, reg. 1, f° 404 v°).

CXLIV

Analyse d'accord sur le nouveau mode de procéder à l'élection des magistrats et officiers de la Ville

1458

Ce contract passé a l'hostel de ville, le conseil assemblé a son de trompe, et le Vicaire general de l'Evesque semond led. trompette de ce treuver avecque les habitans, desquelz sept vingtz y sont desnommés, dont y en a plusieurs gradués et docteurs tant en medecine que l'un et autre droict, le reste desd. citoiens n'y estans desnommés a raison de la trop grande multitude, faict mention de deux proces en la court de Ginhac entre certains habitans en interposition de l'edict et costume touchant l'election des nouvaux officiers de la Ville et de l'election de tous les officiers de la Ville et de la forme d'icelle election, et lesd. consulz de lad. Ville. Lesquelles parties assamblées aud. conseil ont sorty dessus la porte et gallerie de la maison comune et juré devant Dieu et le puple assistans fere et garder respectivement le proffict et utillité de la Comunaulté, de quoy, authorizés par le consentement de tout le puple, ont remis le different a deux arbitres de chescune part, ausquelz ilz ont donné puissance de juger de tous les differentz dont estoit question, prometens et jurans sur les sainctz evangilles, a la peyne de cens livres tz. aux contrevenentz, avoir pour agreable et fere ratiffier, chescun de sa part, sans jamais aller a l'encontre pour quelconque maniere que ce puisse estre, encore qu'il ce peust fere par droict escript ou non escript, present ou advenir, par costume ou ordonnance, publiés ou non publiés, ny en maniere quelconque. Les arbitres estans esleus du consentement desd. au nombre de deux de chescune part ont volantairement accepté la charge et, presté serment en tel cas requis et neccessaire, jugé que :

Premierement que par cy appres, estans esleuz les consulz de lad. ville le jour des Rameaux, incontinent le lendemain prochain les consulz et sigilliers avecque ceulz de l'an passé et leurs conseilliers esliront cinq conselhiers, gens de bien des autres consolatz desquelz n'estoient esleus les consulz passés; lesquels consolatz sont huict : le premier du lundy, le second du mardy, le troisiesme mercredy, le quatriesme jeudy, le cinquiesme vendredy, le

sixiesme sabmedy, le septiesme dimenche et l'huictiesme du faubourg de Montbrun.

Secondement que, incontinent l'election desd. consselliers, sera esleu par lesd. consulz et conselliers ung homme de bien pour greffier et notaire de l'hostel de ville, et ung homme de bien pour leur serviteur ou porte verge pour leur année.

Tiercement que incontinent ilz esliront ung homme de bien pour assesseur, duquel la charge sera de proposer aux conseilz generaux ou privés ce dont sera question, se d'avanture le premier consul n'estoict capable pour remostrer ce qui seroict au conseil; et ou il sera treuvé capable, c'est a sa volanté d'en avoir ou non.

Quartement qu'ils esliront incontinent ung colleteur selon la forme et maniere contenue a l'instrument passé l'an mil quatre cens cinquante et quatre et le troisiesme de juing, lequel a esté receu par Anthoine Montfajon, nothere, lequel est escript au livre des costumes de la ville; dessus est escript: Instrument de sentence et compromis et cotté H.

Item que chescun an par election lesd. esliront avec leurs conseilliers quatre hommes de bien, lesquelz pour leurs despens seullement verront les comptes de l'hostel de ville, de quoy ilz feront leur raport devant la Communaulté sur leur foy et consience, et ce que ce doibt impozer justement; et lors par lesd. consulz et conselliers seront esleus quatre autres gens de bien pour imposer lesd. talhes sur les talhables, lesquelz feront le serement de fere leur charge bien et legitimement selon le compoix.

Sixiesmement que chescun an, a la veilhe des Rameaux, devant que eslire les consulz seront esleuz les cappitaines de la ville par les cappitaines precedens; pareillement des marqueurs des draps, des conseilliers de l'Hostel Dieu et visiteurs du Mazel ou boucherie, tous lesquelz seront esleuz par leurs predecesseurs, tous lesquels les consulz recepvront, sy bon leur semble, ou bien en esliront d'aultres suffisans et capables, a telle condition que nul de ces officiers surnommés ne porra tenir deux offices ny d'estre mis en autre office de trois ans par appres, soict de son gré ou par constraincte, excepté le premier consul, que peult estre assesseur, sy il en est treuvé capable, le tout sinon en cas de neccessité.

Oultre que toutes les années tous lesd. officiers se changeront.

Davantaige led. greffier sera tenu fere chescun an ung livre de tous les affaires de l'hostel de ville et de toutes les assiettes durant son année, et de tous les tiltres et memoires des compoix de l'hostel de ville, lequel livre sera gardé par les consulz avecque tous les autres tiltres de la Ville en ung coffre a trois clefs.

Davantaige que chescun an lesd. consulz seront tenus quinse jours appres leur election fere bon et fidelle inventaire, descript de la main de leur greffier, de tous les tiltres de l'hostel de ville ou, sy mieulx ilz ayment, prendront l'inventaire de leurs predecesseur et fairront, s'il y fault, adjouster ou diminuer selon leur consience.

Led. instrument passé par devant Anthoine Montfajon, notere, en datte l'an mil quatre cens cinquante huit.

(Tiré de l'Inventaire de la Ville de Lodève de 1591, f°s 6 v° et suivants).

CXLV

Règlement de ce que doivent faire les Sigilliers de Lodève après leur nomination et avant de sortir de charge

VERS 1458

Jhesus Maria amen

Ayssi es en memoria ce que los senhors sagelliers de la present villa de Lodeva devon faire apres que son creatz.

Et primo, lo lendeman de Rame devon venir totz tres a la mayson de la villa se jura dedins lo consistori an los que heron per avant sagelliers ; se aqui devon se metre en lur ferilha et far los actos seguens :

Et adonc los segilliers de l'an passat donon a cascun lur clau e lo sagel, lo que era mage al mage, lo segont parallamen, lo ters ausi coma los autres.

Apres totz ensemble devon crincar de advisar de personatges sufficiens et discretz dels cossolatz restans per complir lo nombre des conselhers ; et eligitz lur devon far prene sacrement de ben et lialment conselhar la Villa et non faire lo contrari ; et restan tot jour per conselhers los sagelliers passatz.

Apres creon lor notari que los deu servi tot l'an.

Apres devon ausi faire lo servidor, los que deu servir tot l'an.

Item devon avisar si son personatges sufficiens [o se] devon

aver accessor; et, se ne han besonh, devon elegir calque notable o autre homme de tendement, que lur puesca ben servir, cant loc e temps venrio. Et an l'accessor et conselhers, sagellers et lo notari devon estre XIII personatges.

Item apres devon elegir I home sage per estre collector, loqual collector deu receber et delivrar totz los denies que se levan en la villa; et aquel deu tener lo conte de la Villa, de la messa et de la presa.

Item incontinent que son las vespras de Pascas, devon visitar los peses del mazel et aussi lo pan de las pastoressas, afin que non falhon lo defin (?) del pan que se ven.

Item apres, lo dimars de Pascas, devon far los bassiniers que son acostumatz de far; et se son occupatz, lo esperon al jour de festo, que es lo lendeman de Pasquetos.

Item devon faire los prudomes que son per veser et extimar las causas mals fachas et los dompmatges donatz.

Item apres, lo lendeman de Rams, devon far venir los capitaynes novels et an aquels baillar las claux des portals; et los devon far jurar de non bailar las dichas claux a persona, senon que de lur conget et volontat.

Apres, un dimenche que lur semblara de Pasco, devon mandar als del barri que els y seran apres dignar an los capitanes de la villa, an lur notari et alcuns de lurs conselhers per far lur capitani del barri. Et per so cant so el barri devon estre des plus apparents e los senhors, primo et *ante omnia* demando lo capitani passat, et an aquel fan et demandon las claux que las lur rendon como lur son estadas bailladas; et agudas las claux, els devon demandar a las gens et personatges que son aqui qual an els elegit per capitany et nominat; quel an fague venir davant messenhors sagelliers, et adonc los sagelliers baillon las claux del dich barri et dels portals dequel als capitanis de la villa, et los capitanis las baillon de lur man al dich capitani del barri, et adonc jura et promet lo dich capitani de non baillar las dichas claux a persona de monde, se non que als dich capitanis et als senhors sagelliers en deffalhiment dels capitanis, et ben et lialment las gardar, obrir et tancar a temps et a loc opportune, e de aquo se deu far jurament.

Apres mossenhors los sagelles an los capitaynes et lur varllet [et] notari devon vesitar totz los portals et clausuras d'aquels, mon-

tar sur las muralhas per las visitar et torres, portas, montados et autras causas, per veser lo necessari que y fay beson.

Devon apres far visitar et veser l'estat de la mayso de la Villa, so es veser coma an despenssat los denies de la Villa, et vies so que deu la Villa et que ly hes degut.

Devon aber lur raubas et lur vayllet al jour de mossen sant Folcran, que es lou digious de la Assentio.

Item, si lo Rey a empauzada nenguna talha en lo pays de Lenguadoc et se deu assetiar, se devon ben avisar si ay comissaris coma es tot jour de bona costuma et acostumat, quar de pauc de temps ensa non y solia aver que I per lo Rey, lo viguia e jutge de Lodeva et los senhors sagelliers de Lodeva ; aras de pauc temps ensso, y fonc jonts et messes I cossol de Clermont.

Cant hes a la nuoche de Rams, que falhs l'annada,
devon donar provesio assi que sen sec :

Primo devon far venir lor conselh et se ajustar en la maisso de la Villa, coma es acostumat, et devon far venir los officiers de la Villa que an charge de las principalas causas de la Villa, coma es premieyrament los conselhiers de l'ospital, per ne nominar dos cascun, affin que le conselh elisia aquel que luy semblara ; et fasson a cascun d'aquels consselhers de la paroquia de Sant Genieys et de Sant Peire baillar las claux per las baillar als novels coselhiers.

Item devon ausi far venir los sagellaires dels draps, et far ellegir ho nominar dos per que lo consselh elegisca lo plus apparent et melhor an aquel saber, et devon portar lo sagel et rendre a la Villa, coma es acostumat.

Item los capitaines devon venir et portar las claux dels portals et los rendre a mossens sigilliers aquela nuoche, et apres far nominar a cascun II personatz, et d'aquels lo conselh ne fay a sa bona discretio.

Item los sestayriellias devon venir et rendre conte de lur receta et aministratio, et elleger II personatz cascun et los nomina davant lo conselh.

(Archives de Lodève, Livre des tailles et comptes de 1463).

CXLVI

Contrat passé avec Mathieu de Latour, peintre de Montpellier, pour la décoration du chœur de la Cathédrale

28 JANVIER 1461

Anno Incarnacionis Domini M° IIII° LX° et die XXVIII januarii, honorabilis vir Petrus Alziarii, presbiter et beneficiatus in ecclesia cathedrali Lodove, tradidit ad depingendum corum Sancti Genesii ab utroque latere videlicet magistro Matheo de Turri, pictori ville Montispessulani, ibidem presenti et acceptanti, precio quinquaginta quinque librarum turonensium, de presenti solvendo decem libras turonenses, et residuum videlicet medietatem in medio operis facti, et relicam in fine dicti operis, cum pactis sequentibus.

Primo est et fuit pactum inter dictas partes quod dictus magister Matheus debet ponere totum vetus Testamentum sive ystorias ejusdem in latere sinistro dicti chori, habendo respectum ad introytum ejusdem, et hoc in bonis postibus et sufficientibus, emptis sumptibus dicti magistri Mathei. In alio vero latere, id quod deliberatum et visum fuerit per dominos de Capitulo hinc ad Pascha. Item debet in premissis bonum aurum et azur ponere et alios colores bonos et sufficientes. Item debet depingere las claras voyas diversis coloribus et bene assortitis. Item debet idem Matheus depingere lo sobresel de azur cum stellis. Item campus inferior debet esse depictus ad modum panni de damas. Item, casu quo idem Matheus non faceret bene et sufficienter premissa, voluit stare ad dictum expertorum.

Pro quibus actendendis promisit dictus magister Matheus de faciendo premissa bene et sufficienter hinc ad festum sancti Andree proximum, et dictus dominus Petrus de solvendo dictam summam terminis predictis ; unus erga alium obligavit bona sua presentia et futura Curiis Lodove et Sigillis regiis parvo Montispessulanii, [magno] Bitteris et Carcassone.... De quibus quilibet petiit instrumentum.—Actum infra dictum chorum ; testibus presentibus honorabilibus viris dominis Johanne Dorchies, Grimoardo Maurelli, canonicis, Guiraudo Roqueti, Laurencio Gavaudani, presbiteris, et me Stephano de Cossergiis, notario.

(Minutes d'Étienne de Coussergues, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXLVII

Inventaire mobilier du prieuré-paroisse Saint-Pierre

1er FÉVRIER 1461

(Minutes de Bernard Gay, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXLVIII

Bail du péage de Lodève

14 JUILLET 1462

Die XIIII mensis julii anno M° IIII° LXII°, domino Ludovico rege etc. noverint universi quod venerabilis vir dominus Johannes Dorchies, licenciatus ac precentor ecclesie Lodovensis ac vicarius generalis in spiritualibus et temporalibus reverendi in Christo patris domini nostri Lodovensis Episcopi, qui bona fide actendens actenuationem emolumentorum pedatgii Lodove, tam ad causam mortalitatum que vigent annue et etiam propter guerras que incipiunt venire in has partes, vice et nomine domini nostri Lodovensis Episcopi et pro eodem arrendavit et titulo arrendamenti firmiter valituri, et vice dicti domini Lodovensis Episcopi, tradidit Stephano Passarivi juniori Lodove presenti et pro se et suis stipulanti videlicet fructus, redditus, proventus emolumentaque ac gausidas duorum annorum in proxime decursuro festo beati Johannis Baptiste incipiendorum.... et quodquidem arrendamentum dictorum duorum annorum fecit precio cujuslibet anni nonaginta librarum turonensium monete currentis.... in universo ascendente novies viginti libras turonenses.... quod quidem arrendamentum dictus dominus Vicarius promisit nomine predicto bene facere habere. Et dictus Passarivi eumdem sub modo predicto habuit gratum et anno quolibet precium ejusdem solvere convenit per terminos solvi consuetos cum restitutione etc. Pro quibus faciendis obligaverunt bona sua...— Actum Lodove in canonicatu prescentorie Lodove, testibus presentibus domino Petro Ferreuli, in ecclesia Lodovensi beneficiato, priore de Rippa, Ramundo Ginerio, fusterio de Juncellis, et me Bernardo Gay, notario.

(Minutes de Bernard Gay, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CXLIX

Arrentement des fruits du prieuré-paroisse Saint-Pierre

11 DÉCEMBRE 1462

(Minutes de Bernard Gay, notaire à Lodève, étude Hébrard).

CL

Nouvelle inféodation du Sestayral et des bans de Lodève faite par l'évêque Jean de Corguilleray en faveur de la commune de Lodève sous la pension annuelle de dix-huit livres

24 OCTOBRE 1463

Nomen Domini nostri Jesu Christi sit benedictum, amen. Anno Incarnationis ejusdem Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio et die lune intitulata vicesima quarta mensis octobris, illustrissimo principe domino Ludovico Dei gratia Francorum rege christianissimo regnante, noverint universi et singuli, presentes pariter atque futuri, quod existens et personaliter constitutus in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia et audiencia reverendus in Christo pater et dominus dominus Johannes, divina permissione sancteque Sedis apostolice gracia episcopus Lodovensis et Montisbruni comes, in capitulo superiori ecclesie cathedralis Lodovensis, et in presencia et audiencia egregiorum virorum dominorum Johannis Dorchies, precentoris, Petri Peyrotas, Grimoardi Maurelli, Jacobi Caprerie et Roberti Maurelli, canonicorum dicte cathedralis ecclesie, ibidem congregatorum ad sonum campane ejusdem Capituli, capitulantium et capitulum tenentium, quum plures non essent presentes in Lodova neque tota provincia Narbonensi, quod sciretur; quiquidem reverendus in Christo pater eisdem dominis canonicis capitulantibus exposuit quod olim in anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, cum presens villa Lodove populosa valde existeret et opulenta, nundineque in eadem constitute, fortuna arridente, multis prosperitatibus et divitiis eamdem dittarent, orta questionis et controversie materia inter reverendum patrem in Christo et dominum Gaucelinum, pro tunc Lodovensem episcopum, agentem ex una, et sindicos universitatis de Lodova, partibus ex altera deffendentes, super diversis capitibus et inter

alia capita super parte illa cuparum rerum mensurabilium quam percipere consueverat idem dominus Episcopus et predecessores sui, compromissum extitit per dictas partes in arbitros, arbitratores et amicabiles compositores, qui tamdem pronunciaverunt ut in dicta eorum pronunciatione cavetur (1)....

Preterea dixit et exposuit idem dominus Episcopus ad ipsum et Ecclesiam suam Lodovensem, dominum solum et in solidum civitatis et suburbiorum Lodove predictorum cum alta, media et bassa juridictione, meroque, mixto imperio, et regalia pertinere et expectare banna que sunt et comituntur in territorio et districtu dictarum civitatis et suburbiorum Lodove, juxta que annue fiunt proclamationes etiam de concensu et ad requisitionem sigillariorum et consulum predictorum Lodove; quorum bannorum fructus et emolumenta annue non excedunt summam duarum librarum turonencium, nec ultra ascendere consueverunt temporibus retroactis, juxta relationem banderiorum qui annue institui consueverunt per dominos Episcopos Lodove, predecessores suos, et ipsum dominum Episcopum modernum, licet cotidie multe habeantur querimonie per habitatores Lodove tam de banneriis quam bannum comitentibus, quod est durum et importabile audire per dictum dominum Episcopum et officiarios suos; que emolumenta dictarum cuparum et bannorum simul collecta annue non excedunt, ut fertur, summam decem librarum turonencium; et quia ipse dominus Episcopus sepius submovit et incitavit dictos sigillarios et consules Lodove ut predictam sibi ratione cuparum et bannorum predictarum debitam pentionem solverent et satisfacerent annuatim, qui hoc facere renuentes dictam allegabant remissionem de parte dictarum cuparum, sicut preest, factam, et sic ad eamdem non teneri ullo modo dicebant, cum nemo teneatur rem sibi dampnosam tenere, nec pro re contribuere que non existit. Tandem vero ad litem omnem dirimendam, ad evitandumque jurgiorum et litium anfractus, quibusdam Ecclesie filiis et rei publice Lodove directoribus expediens visum fuit et utile dicto domino exponenti ac Ecclesie sue et dicte universitati Lodove pro bono pacis et concordie et, ut verus inter dominum et ejus subditos amor eniteat et pax tranquilletur, ut idem dominus Episcopus

(1) Suit l'historique du droit de coupe. Nous le supprimons, ayant rapporté les actes aux pages 75, 94, 177 et 196.

exponens, pro se et suis in dicta Ecclesia successoribus, cum concilio, concensu et voluntate dicti Capituli, det in accapitum et perpetuam emphiteosim eidem universitati Lodove partem cuparum rerum mensurabilium predictarum prelibatam dictum dominum Episcopum concernentem olim, ut preest, eidem universitati Lodove vigore dicte pronunciationis traditam et adjudicatam, et jura et emolumenta dictorum bannorum eidem domino Episcopo et Comiti Montisbruni debita et debenda nunc et in futurum, in toto dicto districtu et territorio civitatis et suburbiorum Lodove predictorum, salva omnimoda juridictione, cause cognitione, judicatura et exeqution consuetis eidem domino Lodovensi Episcopo et Comiti Montisbruni suisque officiariis, nunc et in perpetuum in futurum, ad pentionem annuam decem octo librarum monete nunc currentis et cursum habentis in presenti regno Francie die date hujusmodi instrumenti, eidem domino Episcopo et Comiti, aut ejus procuratori, thesaurario vel receptori solvendam per dictam universitatem Lodove duobus terminis, videlicet medietatem die festi Nativitatis Domini, et aliam medietatem die festi beati Johannis Baptiste mensis junii quolibet anno nunc et in perpetuum.

Requisivit ideo et exortavit prelibatus dominus Episcopus exponens sepedictum Capitulum et dominos de eodem canonicos, quathenus in premissis sibi et Ecclesie predicte Lodove consilium et, si utile videatur, voluntatem, assensum pariter et concensum dent, prebeant, prestent et exhibeant tamquam in rebus legittime, sancte riteque et juste ac sibi et dicte Ecclesie utilibus et necessariis ; peractis, et si necesse et utile sit, pasciatur iddem Capitulum et requirat, una cum dicto domino exponente, auctoritate apostolica confirmari.... sumptibus dicte universitatis. Qua siquidem expositione per dictum dominum Lodovensem episcopum, ut preest, facta et per dictum Capitulum et dominos canonicos de eodem benigne audita.... respondit Capitulum id et domini canonici de eodem unanimiter, habito prius inter eosdem colloquio et prematura deliberatione, preexpositis per ipsum dominum Episcopum tamquam sibi et Ecclesie sue utilibus et necessariis gratis, sponte et libere prebere debere et prebere velle....

Quibus siquidem peractis, ibidem incontinenti dictus reverendus pater in Christo et dominus dominus Johannes, episcopus

